tiōis. Scōs p viā pssure facte
cū lamie plūbeo z ligatiōe cō
decēti. Tertⁱ⁹ p viā incisiōis.
Quartⁱ⁹ vl. p viā alicui⁹ caustⁱ
Resolutio. ci securi. ¶ Nod⁹ aūt mellin⁹
facta priⁱ⁹ mollificatiōe loci cū
applicatiōe diaq̄lonis magni
plerūq̄ resoluit resolutiōe vlti
ma ligādo desup fortit lamina
fractū plūbea. ℣ Ut (vt supⁱ⁹ dixim⁹)
facta mollificatiōe nodi vtilissi
mū est tētare fractura hmōi no
di chistis cōpmēdo fortit polli
cē tuū sup nodo: nā ex fractura
chist⁹ multoties seq̄t resolutio
nodi mellini. ¶ Si mō cōtigeincisi

Digitized by Google

rit ꝛ posse resolui necessariū ē nodū ꝫ lōgitudinē icidēt cautē tñ ne chirlz frāgat i hora ici sōis qz (si possibile ē) integrū extrahere bonū ē vna cū materia i ea exīte. Nā si aliq̄ ps ḥmōi chistis remaneret: iterū nod⁹ i pfūnū statū rediret. Quāobrē necesse ē (ne recidiua facereva leat) totū nodū it⁹ iplere egyptiaco vnguēto ꝺscriptiōe nra. Uel loco egyptiaci ponat quātitas vnius grani pineoli: vbi chistis pmāserit trocisci nri de minio cū infallēter totū nudū Casus cū sua chisti eradicabit. ℣ hoc eschar pacto ꝓcurādū ē ad casū e/schare cū butyro vel digestiuo ex vitello oui cū terebēntina clara cōfecto. ℣ Deinde loc⁹ est mūdifi cādus icarnād⁹ z cicatrizād⁹: put sepi⁹ i supiozib⁹ capīs ꝺ Cura eisdē auxilijs tibi pleniozē no nodi titiā dedim⁹. Pōt ēt fieri eadē carnosi. curatio de nodo in q̄ ꝓtinet materia sanina sikis castaneis ꝫ masticatis. Idē dico ꝺ nodo i q̄ri net materia sanioſa. De nodo āt carnoso z nodoso aliā hēm⁹ curationē. ¶ In curatiōe itaq̄ nodi carnosi facta purgatiōe: z adhibito bono regimīe put su Extir- peri⁹ dirim⁹ ad ei⁹ extirpatio patio. nē necessariū ē deuenire. Desu per cum cautela administrādo aliq̄ causticū medicamē cui⁹ Cau- talis est forma. ℞. li. j. capitelli sticum siue lixiuij cū q̄ efficāt sapo z si notabi fuerit lixiuiū ex illo qꝺ vocāt le. magistra q̄ est ex ꝓmis guttis q̄ egrediunt extra vas melius erit. Uitrioli romani. z. j. salz armoniaci. z. ij. alluminis roche. z. j. ℈. bulliant oīa sīl in caciola enea vsq̄ ad spissitudinē salis. Mod⁹ Mod⁹ q̄ꝺā applicādi tale cau applī- sticū vna cū alijs infra dicēdis, nūc ꝺescribit quēadmodū feci candi m⁹ anno. M. ꝺ. vj. in curatione cuiusdaz nodi vlcerati carnosi cum ad instar magne castanee sctissimi ꝺñi nri Julij pape. ij. qui tūc tpis laborabat nodo carnoso z vlcerato i manu dextra sue scritatis inter annularē z auricularē digitū quo anno ciuitas Bononi. ad deuotionē eccleſi e per sctitatē suā ducta fuit Ta Nota. lis itaq̄ nod⁹ fuit a ꝓncipio cū figura rotūda dur⁹ z fusci coloris quasi ad sikitudinē ciceris: pseuerauit ꝑdict⁹ nodus p sex mēses absq̄ ꝺolore z sine aliq̄ incremēto ac sine aliqua medela. Tandē in itinere Bononie vez in ciuitate Castellana nodus ꝑdict⁹ ex se icepit vlcerari sine aliqua iterpositiōe alicui⁹ localis medicaminis: ex q̄ pter sanguinē nigrū cū materia virulenta nihil emanabat. Uñ pp ꝓtinuā itinerationē necesse fuit nobis cū medico⁹ sue sctitatis pfilio z nro ipm nodū pa lare vsq̄ ad ciuitatē Forliuij. Nō potuim⁹ tñ nodū tot blanditijs gubernare q̄n ad magnā vlcerationē ꝺoloꝛosam deuenerit cū augmēto tante carnositatis excedētis quātitatē magne castanee. Incepimus ipm nodū extirpare mō z forma infra scriptis. ℣ In pmis applicauimus vnguētū egyptiacū cuius offiñ est corrodere malā carnē: z bonā pseruare: vt iāt aui. i. c. ꝺ curatiōe cācrene. q̄ qꝺē egyptiacū nō potuit ꝺeponere nec extirpare carnē supfluā sup nodo genitā: sed causabat ꝺolorē maximū. Et illud qꝺ ꝺe ꝑdicta carnositate vna die ꝺponebat seq̄nti vo ꝺie q̄ꝺē a natura gña bat. Et sp egre ferebat applica

Digitized by Google

tionē hmōi egyptia. pp dolorē quē sibi causabat. ℣go. vides scitatē suā leniora z secura medicamia pati ñ posse ḡsl ab eī curatiōe desp̄at pp̄ciū fuit mihi ingeniū noue medicatiōis indagare: tū pp̄ ipatiētia z loci neuositatē: tū pp̄ tāti p̄ncipis nobilitatē: tādē ex inuētione nr̄a ordinauimus istō remediū i forma filipāni linei carpinati: vcz. ℞. fili carpinati pāni lini bñ veter. ℥.ij. medulle panis bñ cocti albi z bñ frumētati. ℥.iij. sulimati bñ tritu. ℥.ß. aq̄ plāta. aq̄ rosar̄. li.j. decoquant̄ oia in vase eneo z bulliāt vsq; ad p̄sūmationē duar̄ p̄tiū ex trib⁹: deide exp̄māt fila z siccāt i furno mediocrit calido q̄ fcō itez carpinent z reuenī i vase lineo sigillato cū isto remedio ita mē sem totā carnositatē eiusdē nodi radicit⁹ absq; magno dolore extirpauim⁹ nō sine magna admiratiōe astātiū z medicoz fue sctitatis z p̄sertim Magistri archāgeli de ciuitate Serarū medici eiusdē sctitatis q̄ nullo pacto p̄sensuz suū p̄stitit q tal nod⁹ via incisiōis extirpare: adducēs ter. Aui. c. ō cura nodi dicēt. Gladulas aūt q̄ sūt sikes arsilac z sūt spēs nodi si tibi possibile ē exhe sic arsilac: dūmō ide ñ fiat nocumē tū neruo aut mēbro vicino fac. Et si fuerit i manuvl pede vel loco cū neruz p̄iūcto z chordz: tūc ñ possum⁹ exher ip̄z: qz nō eēt mix si i patiēte cārez spasm⁹ ex illa exctiōe. Imo tota istētio tua sit ip̄z mollificar atq; resoluere applicatione lamis plūbei fasciati et ligati aliqli p̄cessura alicuius plumaceoli. ℣Rem⁹ diū p primum notandum. Wagister archāgelus. ℣Wod⁹ itaq; applicatiōis hāc wod⁹ cte file. talis fuit. Accepim⁹ pa applicandi. rū ō eisdē filecti cū saliua macrū defactz sup nodo ac carnositate supflua posuim⁹: deide itez desup vnguētū refrigerativū ō tutia: applicādo i circuitu defensiuū de litargirio habito in ātidotario nr̄o. Et sic p̄dictum remediū reiterādo donec cognouim⁹ oēm supfluitatem tāq; malā carnē fuisse remotā. Qō p p̄sentiā bōe carnis z fensum ei⁹ ō facili cognouimus. Causabatur nāq; escharā magna ℥ss sine dolore occasione isti⁹ remediū q̄ facili auxiliore pellebat. ℣Remota tota carnositate ex abūdāti cautela iterū ne itez caro gñaret superflua i loco vnguētū mixtū habitū ca. ō cura flegmōis cū filis sup loco applicauim⁹ vlceratiōis. ℣Interdū sup eisdē filecti posuim⁹ absterssiuū ō mel le rosa. ℣Ultio vo loco vlc⁹ cū vnguēto de minio si gillau im⁹ locū vlceratiōis ḡtidie lauādo cū aq̄ allumiosa. Et sic deo dāte doctria ista sctitas ma penit⁹ libera ēmāsit q̄ die i gress⁹ ē Bononiā. Cetez si mō p̄tigerit nodū carnosū ñ eē vlceratū tūc i cura ei⁹ sic p̄cedēdū est. ℣In p̄mz pōat petia cuiusdaz vng. refrigerativi z aliquātulū tenacis velut vnguētū ō cerussa coctū i medio pforata pforatiōe ad sirkitudinē nodi hmōi: q̄ pforatio cadat sup nodo: diñ ponat ad ḡtitatē magne lētizcule dei ruptorū ō lixiuio cōfecti. Quo fcō itez ponat alia petia vnguēti refrigerativi p̄dicti. Deiñ ligef loc⁹ vt mede. ip̄ hozā trā ēma. Nā istō ruptorū sen canticū ex bōa mgra scu li Cura nodi carnosi non vlcerati.

Digitized by Google

ginio ꝑfectuꝫ hꝫ vim ꝛ potẽtiã intra horã frãgẽdi vnunquẽq; a nodo vsq; ad eiꝰ chiſtim. qua propter hoc pacto ꝓ eiꝰ integra extirpatiõe neceſſariũ ẽ trãſire ad trociſcũ de minio: ponẽdo i terdũ loco trociſci filectã nr̃az remotiuã carnis ſupflue ſaliua madefactã (vt ſupius diximus.) Aliq̃n applicet egyptia cũ deſcriptione nr̃a. ℙ Remota penit⁹ carnoſitate locꝰ mũdifi cãdꝰ ꝛ cicatrizãdꝰ ẽ: (vt ſupiꝰ dictũ eſt.) ℂ Nec ſi nodꝰ fuerit nodoſꝰ: nullatenꝰ ꝓcedẽdũ eſt cum medicaminibꝰ cauſticis: ne ad cãcroſitatẽ nodus iſte pueniret vt plerũq; vidimus. Et ꝓſidera cãz vez qz in loco exiſtẽte neruoſo ꝛ doloroſo ꝛ mã exiſtẽte dura ꝛ groſſa: ſi applicarenꝫ medicamina cauſtica ꝓ eiꝰ extirpatiõe (cũ eoꝝ nã ſit malã ꝓpkonẽ i loco itroducẽdi) dubiũ eſſet ne ad cãcroſitatẽ ꝓnominatam trãſiret. ℙ Imo i cura. hmõi nodi cũ reſolutiuis dõeſticis ꝛ eis q̃ etiã nõ exponãt ab aliꝫ mollificatiõe ꝓcedẽdũ eſt. Quoꝝ talis põt ee forma. ℞. radi. altee decocte ꝛ cribellate. ℨ. iiij. olei de lilio camomi. oki ro. añ. ℨ. ſ. pingue. galli. ꝛ ẽſerie olei amigd. dul. ana. ℨ. vj. ſepi vitulini medyl. crurij boui. añ. ℨ. r. tereb. clare. ℨ. ſ. ꝛ ℈. diaq̃lõis albe ſine gũmis. ℨ. ij. literg. au. ℨ. ij. ꝛ ℈. oĩa bullãt ad ignẽ cũ baculo agitãdo donec formã acceperint aliquãtulũ nigrã: deide addaꝫ de cera al. quãtũ ſufficit et fiat cero. molle. Valet enim ſummope i caſu iſto doloꝛẽ ſedãdo ꝛ duritiã mollificando cũ aliq̃li reſolutiõe. ℙ Ulterius ſi videris nodatiõẽ iſtã cãcroſitatẽ minari: tũc nõ niſi vtiliſſimum eſt bullire cũ ꝓnominato ceroto. ℨ. ij. ſucc. plãta. colati et tm̃dẽ de ſuc. ſola. vſq; ad ꝓſumationẽ ſucci addẽdo cãphore. ℨ. ſ. tucie. ℨ. vſ. ℙ Mta alia re media deo mihi ꝓcedẽte i. c. õ cura. ſephyros annotaui q̃ ad vſum curatiõis nodatiõis ꝑdicte vtiꝛ accõmodanꝫ: q̃re illuc recurrere neceſſitate vrgente.

Cura nodi nodoſi.

℄ Ca. vj. vniuerſale i q̃ breuit ꝛ diſticte tractabiꝫ õ ꝙa cognitiõe oiz excreſcẽtiaꝝ ꝛfaticaꝝ q̃ ſub noĩe aꝑatis accipi pñt.

C. vj.

Q añcedẽtibꝰ capitulis duobꝰ plenarie q̃ ad theoricã et ꝓtic. õ oi gñe nodatiõ ꝛ nodatiõe dictũ eſt. In preſenti vero. c. de ſcrophulis et omnibꝰ excreſcẽtiꝫ currẽtibꝰ curſu eaꝝ vtilẽ doctrinaz tradere decreuimus. ℄ In primis itaq; veniendo ad ꝓnumerationẽ earuz. Oia iſta naſcentiarũ gña reperiunt a ſtate groſ. euenire. vez ſcrophule glandule bubo natta bociũ ſephyros lupia et teſtudo.

Scrophula

Scrophulo ſi.

Scrophula

Sunt inſup hi q̃ ſtate ſunt repleti. Et q̃ vtunt regimine hũorũ ſtaticoꝝ gñatiuo. ℙ Pñt aũt gñari i ℨcibꝰ corpis pte: ſz vt pkm eaꝝ aduẽt⁹ reperiꝫ i collo i ſubaſſellis ꝛ inguinibꝰ. ℙ Uocant aũt ſcrophule apud nonnullos a ſcropha: qz aial guloſum et ſtaticum eſt: et ideo in porcis gñaꝫ ꝓpter eorum guloſitatẽ in comeſtis et bibitis.

Loca carum

Scrophula vñ ꝺr.

Digitized by Google

Quo differt scrophule a glandulis. Auic.

¶ Dñt itaq; scrophule a glandulis i multꝫ. P̃rio dñt i numero. Nã scrophule sp sũt plures pẽdẽtes vna post aliã ad istar vuaꝝ racemi i supficie cutis. Et nõ ꝑuanꝫ i totũ a dolore. Et iõ ꝺr Aui. Et qñq; cancrãt scrophule. Hoc q̃dẽ accidit pp doloꝛẽ: qz doloꝛ i oĩ materia dura est vnũ ex signis coagulatiꝫ cãcerositatẽ. Glãdule ño sunt pauci nũeri: doloꝛe carẽtes i tactu satis tractabiles. Scrophule aũt sunt magis dure. ¶ Dñt ẽt scrophule a glãdulis i radice eaꝝ: qz hñt radicẽ magis fixã q̃ glãdule. z iõ minꝰ mouenꝫ i tactu ꝺ loco ad locũ. Glãdule ei mouenꝫ adeo faciꝫr ac si eẽnt i corpe sepate: z ppea repiꝫ i corpe nõ hr̃e radices: neq; p̃ncipium sui oꝛtus seu vestigiũ radicis z hac ꝺ cã faciꝫr mouenꝫ. P̃ Testudo ño differt ab oib⁹: nã ipa ẽ ꝺ gñe exituraꝝ magnaꝝ z accepit nomẽ a loco vbi nasciꝫ. Plerũq; videm⁹ ipam ad sanie euenire qz hũoꝛalis est. Insup ẽ molꝫ de sui natura ãplã z lata hñs eminẽtiã q̃si cũ doloꝛe corꝑis nãꝫ dctã est ꝑpterea ad siccitudinẽ testudis. P̃ Uerũ si nasciꝫ i collo bociũ appellaꝫ. P̃ Si i capite ꝺr talpa. P̃ Si in testiclꝭ ernia fistulosa et carnosa nũcupaꝫ. P̃ Lupia ño ꝺr ad instar pui lupini. Nã eius figura est rotũda: satis molꝫ i iũcturis et locis neruosis z oculoꝝ palpebꝛis videmus sunꝫ hr̃e oꝛtum.

Testudo.

Bociũ Talpa.

Lupia

Natta P̃ Natta esn̄ est eminentia magna carnosa ad istar carnis natice: diuersas habẽs formas: aliq̃n ad q̃titatẽ melonis: nõnũq̃ ad quãtitatez magne cucurbite. Dz insup diuersa noia ꝺm q; pluribus in locis possit gñari ꝑ put de testudie dictum fuit. Uez de noib⁹ nõ ẽ curandũ dũmõ rectas itẽtiões curatiuas hẽam⁹. ¶ Hñt etiaz fieri ois ista gña nascẽtiarum ex cã primitiua añcedẽti z ꝓiuncta. Primitiua est q̃dẽ velut a malo vite regimie sui cibi z potꝰ. Aũs ẽ hũoꝛ pkimꝰ z flatic⁹ iã exiccaꝝ. Cõiũcta ẽ ipe hũoꝛ i loco collectꝰ. P̃ Scrophulaꝝ eteñ aliq̃ sunt doloꝛose cũ aliq̃li caliditate z rubedie: nõ mltũ dure: z iste plerũq; aut via resolutiua curãt: aut via suppoꝛatiua ad sanationẽ ꝑducuntur. Aliq̃ aũt sũt magne ãtiẽte cuz ifiltratiõe neruoꝝ z venaꝝ malũ hñtes coloꝛẽ. Tũc ab earuz curatiõe fugiẽdũ ẽ: qz vidimꝰ eas plerũq; cãcerari. Et ppea ꝺr Aui. vt supra. Et qñq; cãcerant scrophule. Eadẽq; rõ hr̃ ꝺ glãdulis z oib⁹ aliꝭ qñ cũ ꝑdictꝫ accidẽtib⁹ repiunt. Et alternati videanꝫ eaꝝ curatiões eoꝝ si gna qñ sũt mala. P̃ Bubo seu fugile sp i locis emõtoꝛijs suã hñt natiuitatẽ. Cuꝰ signa sũt ista: vez durities ad similitudinẽ scrophularꝝ: ẽ isup mltum infiltrata z radicata vt plurimum sine chisti.

Cancer ꝓmitti nocũ.

Spẽs Aũs ẽ hũoꝛ ꝓkimꝰ z flaticꝰ iã scroexiccaꝝ. Cõiũcta ẽ ipe hũoꝛ i loco collectꝰ. P̃ Scrophularuz scrophula rum.

Auic.

Bubo

¶ Cap. vij. De curatione scroꝓhularũ: glãdularũ z omnium currentium cursu earum.

C. vij. Cura.

Glandularum scroꝓhularuꝝq; curatio et omnium excrescẽtiarũ cõsikem hñtiũ naturã z formã quatuoꝛ intẽtionibꝰ perficiꝫ. Pria est cũ debito vite regimine ꝙ ad cibũ z potũ. Scda est materiã ꝓiuctã fmonere resolutiuo medicamĩe. Tertia nãm ante

Intentiões.

Digitized by Google

ceděte euacuare. Quarta ⁊ vlti
ma ipa⁊ mām ꝓiucā remouere
manuali opatiõe vl alicui⁹ cau
stici applicatiõe si p via resolu
tiõis remoueri nõ possit. ℙ Ter
tio. ma q̄d tertio⁹ scđa ꝓplenť fe
cerit dicta est. c. de cura. no
di. ℙ Cõueniẽs est egrũ in isto
casu famẽ pati q̄stũ possit⁊ se
cauere a satietate nauseatiua.
Item teneat caput suũ eleua
tũ. Nec vnq̄ dormiat super fa
ciẽ suã: nec super genua: vtilis
simũ est etiã in isto casu se caue
re a plurima locutiõe ⁊ risu ac
rira. ꝓo cõplemẽto scđe intẽ
tionis digerať materia sic. ℞.
ormelk cõpositi sirupi de sti
chados melk ro. añ. ℥. ß. aq̄ruz
scabiose endiuie ǒ fumok. ana.
℥. j. misce. ℂ Sūpto sirupo per
aliq̄t dies purgeť patiẽs: pur
gatione ista ℞. ℥. j. diaca. diafi.
electuarij idi maioꝛ añ. ʒ. ij. cũ
deco. cõi fiat potio curta addẽ
do sirupi vio. ʒ. j. ß. ℂ Trãsacta
hebdomada post assumptionẽ
hmõi medicine ꝓ eradicatiõe
materie añtis vtilissimũ ẽ quo
tidie i aurora sumeť vnã ex pil
lulis i frascriptis vsq̄ ꝓ dies. xl.
exceptis dieb⁹ i q̄b⁹ luna noni
tatẽ agit. ℞. eufordij ʒ iʒibe. tur
bith succi radicũ iriosagarici.
añ. ʒ. j. ⁊ olb⁹ tritis formeť
pillẽ cũ ꝑdicto suc. xl. admodũ
ciceris fũt eẽ mirabiles i isto
casu. ℙ Itẽ i sero añdormitionẽ
sumere bucellã ifrascripte ꝓ
fectiõis nõ nisi vtilissimũ erit. ℞.
melk ros. sirupi ǒ ſticaꝺ. ana. ʒ.
iiij. zuc. ʒ. iij. agarici trociscati.
ʒ. ß. salis gẽme spice cinã. galã
ge. añ. ʒ. ij. garioñ. macꝯ. ana. ʒ.
ß. polipo. ʒ. j. ⁊ ß. elec. idi. maio.
ʒ. j. ß. turbith. ꝓparati. ʒ. ij. pip.
lõ. ℥. ij. de omnib⁹ cũ vino cite.

Prima
Tertio.
Secũda re
centio.
Digestio.
Purgatio.
Eradi
catio.

fiat cõfectio. Dosis eius est. ʒ.
ß. est eẽ mirabilis malã ꝓpo
nẽ flagmatica vniuersaliq̄ cor
poris rectificãdo ⁊ grossuz edu
cẽdo. ℂ Tertia intẽtio q̄ ẽ ma
teriã cõiũctã remouere cõplet
administratiõe localiũ fortiter
resoluẽtiũ cũ aliq̄bus mollificatio
ne quoꝝ forma talis esse põt.
℞. muscilaginũ. altee fenugr. li
nose ficuũq̄ siccarum li. j. oleitum.
cõis olei de lilio olei camo. añ.
ʒ. ij. pingueꝺ. gal. pingue. anse
ri. pingueꝺ. porci. liq̄facte te
reb. clare sepi castrati liq̄facti
ana. ʒ. ij. ß. litargi. au. bñtritura
ti ⁊ cribel. ʒ. viij. bulliãt oia sic
vsq̄ ad cõsũmationẽ succi seu
muscila. deinde cũ cera noua
sufficiẽti fiat cerotũ satꝫ visco
sus addẽdo armo. galba. disso
luti i aceto añ. ʒ. j. irios recẽtis
⁊ triturati trituratiõe vltia. ʒ. j.
ß. oia coquant adinicẽ ⁊ fiat ce
ro. ad modũ diaq̄lonis: est eẽ
medicina magna in resolnẽdo
vnãq̄nq̄ scrophulã ⁊ excrescẽ
tiã fkatică. Itẽ. ℞. diaq̄lonis al
bi diaquilo. magni isopi humi
de. añ. ʒ. j. isopi. ceroti ß. al. ʒ. x.
succi irios. ʒ. ß. suc. afodilioꝝ.
ʒ. j. muſci. altee. ʒ. iiij. bulliant
oia simul vsq̄ ad cõsũmationẽ
muscilaginis: deinde addãtur
tereb. clare. ʒ. vj. cere albe quã
tum sufficit ⁊ fiat cerotũ. ℙ Itẽ
℞. gali serapi. oppo. armõia. ʒ.
ß. decoctiõis irios. ʒ. ij. accti al
bi. ʒ. ij. ß. dissoluant omnia ad
inuicem ⁊ bulliant vsq̄ ad con
summationem succi ⁊ decoctio
nis: deinde addantur olei de li
lio tereb. clare cere al. añ. ʒ. iij. ⁊
iteꝝ bulliãt vnica ebulli. addẽ
do irios pisti. ʒ. ij. ℙ Itẽ. ℞. rad.
lilij. ʒ. iij. semis nasturcij irios empl
inciſi ſm latitudinem. ana. ʒ. ß.

Alind

Alind

Digitized by Google

bullisť cū aq̄ sufficienti vsq; ad crepaturā seminis nastur. Deinde exprimanť ꝛ pistenť quo facto i muscil. rex p̄dictaꝝ cū furfure triturato igne ꝛ arte fiat emplm cū sapa quātū fuerit muscilago. Istō em̄ eplm̄ ē potētissimū i resolvēdo scrophudūmō non sit dolorosa ꝛ susp̄ecta cancerositatis. ¶ Ad idē armoñ. ꝛ galbanū ambo dissoluta cū aceto q̄b⁹ addito parū terebē. subtilť ꝛ tm̄ de mastice bñ gūmoso parūq; trios optie tri urati olei de lilio pinguedinis galline añ. ʒ. iij. vltio loco oīa reducta ad formā ceroti arte et igne oib⁹ glāduloť ꝛ scrophulis p̄tāneū remediū est. Cetez̄ si ꝓtigat scrophulas via resolvētiū resolui nō posse imo si videris eas tēdere in viā maturationis vt plerūq; vidim⁹: tūc aduuare maturatione nō nisi vtilissimū est. Maturatiuū scrophulaꝝ tale ꝓt esse. ℞. radicū altee capitū lilij añ. li. ß. decoctꝫ his duob⁹ in aqua sufficienti deide pistatis ꝛ cribel. addanť. ʒ. iij. nucli allioꝝ sub p̄unis decoc. ꝛ tātūdē de cepa alba eodē mō decocta. olei de lilio butyri añ. ʒ. ij. pinguedinis porcie ꝛ anserine añ. ʒ. ij. ß. q̄ fctō i ōcoctiōe altee cū farīa tritici fenugr̄. linose ad ignē fiat eplm̄ solidū addendo q̄n auferť ab igne vitella duoꝝ ouoꝝ ꝛ tritū oīa ad inuicē incorporenť: maturat em̄ mirabilr scrophulā i viā suppuratiōis tēdētē. Et not. q̄ diutiꝰ est p̄cedere cū ep̄ko p̄dicto ad hoc vt tota duricies glāndularū ꝛ scrophulaꝝ cōuertať in saniē añ loci aptionē summopere in masse reperiť. Loco existēte maturato ꝛ duritie glāndulaꝝ ꝛ scrophulaꝝ i saniē p̄uerſa tūc locꝰ apiēdꝰ ē cū ruptorio de capitello eodē ordie de q̄ in. c. de curanodi dixim⁹. Uel ē apiēdꝰ cursuo flebotomo: seu gāmauth vl igne i electiōe patiētis dūmodo fieri possit absq; neruoꝝ ꝛ venaꝝ lesiōe. ¶ Facta aptione loci p ei⁹ mūdificatione dine. gestiōe ꝛ carnatiōe atq; cicatrizatiōe nō secꝰ p̄cedēdū ē ac in tio. palť. c. de curatiōe nodi dcm̄ ē. ¶ Quarta itētio q̄ ē materiā cōra intēūctā manuali opatiōe remoue re sic oplēť. Si ꝓtigeret ipsam scrophulā seu glāndulā via r̄solnētiū r̄solui ñ posse: nec via maturātiū maturari nō posse: tunc vt ad p̄fectā sanationē p̄uenire possim⁹: ad manualē opationē seu chirurgiā transire necessitatē est: dūmō h̄ fieri possit absq; magnaꝝ venaꝝ icisiōe. Cauteitaq; icidāť scrophule ꝛ glāndule inť lōgitudinē incipiēdo ab extremitate ad extremitatē: et paꝝ plꝰ superficiāť incidēdo cutē: dōec p̄uenerꝫ ad manifestā carnositatē scrophulosam ꝛ glāduloīs. Deiñ vnguib⁹ grossoꝝ digitoꝝ ꝛ spatumle bñ ordinato vndiq; totā scrophulā totāq; glāndulā cauti chirurgici excarnare ꝛ euellere solēt q̄ p̄ter i silib⁹ exercēdꝫ vix exprū ꝛ exercitatū eē multū ꝓfert. ¶ Unū tñ sit tibi mēte tenēdum q̄ scrophula exsite i loco magnaꝝ venaꝝ ꝛ eis silitrata vtputa i gula vel in collo: tūc ꝓculo tibi ab ei⁹ curatiōe eē ōsistēdū. fcā extoto ei⁹ excarnatione stati q̄ futurā dz fieri vnio p̄ū i loco de cliniori sp̄ pū oriū. dimittēdo ōsi. curaꝛ curatiōe vulneꝝ rectiū: ꝛe sic faciēdo egro. ꝛ mihi bñ succesſū ē. q̄ q̄dē cu. taꝛ fuit

Cura scrophularum q̄ maturātur.

empl̄z

Nota.

incisio scrophu.

Nota

posito intus digestiuo p. iiij. dies mūdificauimus. Deinde locū cū absterstiuo de melle rosato icarnauim⁹. postmodū cū eodē absterstiuo i quo igreditur myrrha ⁊ aloes vltio loco si gillauim⁹ locū cū vnguē. de minio. ¶ Si forte acciderit qō alīq̄ pars carnositatis hmōi glādule ⁊ scrophule in loco remāserit: tūc p ei⁹ extirpatione ad precipitatū nr̄m est necessariū trāsire aut ad egyptia. descrip. nr̄a. aut ad granū vnū arsenici vel sublimati iter hmōi carnē supfluā scroph. atq̄ glā. tm̄ mō positi. Mod⁹ applicationis tal remedij est (vt p̄ferē) ici dat scro. a medico fere vsq̄ ad radicē cū vno instr̄o habente cuspidē acutā ⁊ aptā ad p̄foranduū vel incidendū vt lanceta et proba. Deinde in foramine ponat de arsenico vel solimato vt de trocisco de minio ad q̄titatē vnius grani frumēti reiterādo toties quoties fuerit necessariū p̄enominata auxilia: donec cognoueris scrophulā vel glādulam esse extirpatā. Et aliquando sub ista forma ⁊ curatiōe integra in vno fruſto tota scrophula extrahit. ¶ Hec sunt que in medium adducere volui pro curatiōe scrophularum glandularum que puto deo dāte tibi sufficere: cuius nomē sit benedictum.

¶ Ca. viij. de apostemate schliroico qđ sephiros nuncupat.

c. viij.

Habita in precedēti capitulo de curatione scrophularum et que earū cursu currunt sufficiēti doctrina. In p̄senti vero sermone sēpus est ad illud gen⁹ apostematis qđ sephiros nominatur pertransire. ¶ Sephiros itaq̄ testem adducēdo Auic. fen. iij. ca. r̄j. tractat⁹. ij. de apostematibus duris. Est apostema durū indoloz̄osum: ⁊ eo maxime qñ est purū. Et ideo bene dixit p̄fatus vir. Et purū quidē est illud cui non associat doloz nec sensus. Imo si reperitur in eo sensus ⁊ doloz paruus: tunc nō sephiros purū sz impurū dicit. ¶ Cuius due sunt species: purum videlicet ⁊ nō purū. nō purum dupler est vcz aut cancerosum: aut nō cācerosum. Nō cancerosum iterū est dupler: nam aliqñ interpositū est apostema durū cū alio genere apostematis puta cum herisipila vel flegmone: ⁊ tunc necessario hz doloꝛem causare: ⁊ istud est facilioris curationis via resoluentiū ceteris. hz etiā sensum in se et causat aliquē doloꝛē tangendo iām vel nō tangēdo. Et tñ non est cancerosum: qđ est ꝓtra mētē Dini qui tenet illud esse cancerosum apostema q̄ inuenitur cum doloꝛe ⁊ sensuz habere de per se ⁊ per accidens. Inuenit insuper secūda spēs apostematis duri nō puri. ⁊ nō cancerosi aliquē sensum hñtis: vcz i tāgēdo tm̄: ⁊ istud etiā sephiros recipit curationē via resoluentiū cum difficultate tñ. Subsequēter reperit sephiros nō purū ⁊ cācerosum cui⁹ signa sunt ista vcz doloꝛ pūgitu⁹ pulsatiu⁹ ⁊ inflammatiu⁹ in circuitu hñs venulas plenas sanguine melancholico. ¶ Et propterea ad meliorē verificationem nostri sermonis pegregie dixit Aui. eodem capitulo. Dixit eniz. Et qñq̄ cācerat sephiros. Et pro-

Spēs

Din⁹.

Auic.

Digitized by Google

pinquitas sephiros ad cancrū
elōgatio ei⁹ ab eo est ꝑm mul-
titudinē inflāmatiōis ⁊ pauci-
tatē ei⁹: ⁊ apparentiā pulsatio
nis in eo: ⁊ occultationem eius
etiā apparētiam venarū in cir
cuitu ei⁹ ⁊ occultationem ea⁹.
Nā in sephiros cācerosō adest
multitudo inflāmatiōis: adest
etiam multitudo pulsationis: ⁊
multitudo punctionis cum ve-
nis (vt superi⁹ dixim⁹) in circui
tu sanguine melancholico ple-
nis. Eādem sntam habemus a
Raſ. Raſ.lib.sui cōtinētis.c.de apa
te schlirotico vbi dicit. Et quo
tiescunq; cum apate schliroti-
co inueniūtur accidentia apa-
tis calidi sicut dolor pulsatio ī
flāmatio ⁊ oia alia eis attinen
tia. tūc illud apa de gne cācro-
rū esse dicendū dixi. ℙ patet er
go qualiter ad hoc vt sephiros
sit cancerosum necessarium est
ipsum inueniri cū accidētibus
prenominatis. Et ꝓpterea cir
Auic. ca hoc notādū est ꝑm qō conci
pit ex verbis Auic.li.j. fen.ij.
c.de egritudinibus cōpositis.
q cancer ⁊ sephiros adeo sunt
ꝓpinq; q non differūt t differen
tijs substantialib⁹ eo qō vtrūq;
fit ex eadem radicali materia.
Sed tm̄ differunt in q̄nq; acci-
dētib⁹ inseparabilib⁹ superius
prenoiatis: vcz pulsatiōe: inflā
matiōe: pūctiōe: dolore acuto:
⁊ venarū apparentia. Et ꝓpter
ea nisi caute tractaret istud in
sui curatiōe facili posset in can-
Arist. crū transire. Nam (vt inq̄t Arī
sto.) In habētib⁹ symbolū faci
lis est trāsitus de vno ad aliū.
Cōpo sitio. ℙ generat aūt illud apa aliq̄n
ex flegmate grosso ⁊ est colotis
declinātis ad albedinē. Aliq̄n
ex melācholia naturali: ⁊ tūc ē
color declinās ad aliqualē plū
beitatē. Sñat etiam aliq̄n ex
vtroq; humore vcz flegmate et
melācholia: ⁊ tūc color ē inter
vtrūq; vcz albedinē ⁊ plubeita
tē. ℙ Qualr aūt efficit ꝓpositū:
ls satis dictū sit capto de apā-
te in gñali: tñ vt magis eluce-
scat doctrina pñtis capli nō ni
si vtilissimū esse puto iterū de-
scribere qualr efficit cōpositū
cū aliis apatibus. Nam (vt in
ꝓnoiato cap. dixim⁹) apata effi
ciunt ꝓpositta isto mō vcz si fle
gma interpositū fuerit cū cho
lera ipso flegmate vicēti sephi
ros flegmōides ōr. Et sic intel
ligēdū ē breuiter loquēdo de
aliis hūoribꝰ: q; vincēti semp
Cause dat denoiatio. ¶ Deniq; cause
hmōi apatis sunt tres. vcz pri-
mitiua antecedēs ⁊ cōiuncta. Pri
mitiua q̄dē est regimē oē fleg-
matis ⁊ melancholie gñatiū.
Antecedēs est ipe humor fleg
matic⁹ ⁊ melancholic⁹ i corpe
Auic. multiplicat⁹. Cōiuncta vo ē ipe
humor melancholicus ⁊ flati-
cus in loco apatis cōgregat⁹.
ℙ Hec sunt q̄ i mediū via theo-
rice me adduxisse volui: q̄ puto
tibi deo dante sufficere: cuius
nomen sit benedictum.

¶ Capm̄.ii. De cura apo-
stematis schlirotici.

Ca.ij. Ō precedenti capto
via theorice plēarie
locuti sumus de apa
te schlirotico ḡtq;
eius spēs sunt. In p
senti vero de eius curatiōe do-
ctrinam sufficiētē describere co
nabor. ¶ In curatione itaq; hu Intē
iusmodi apatis quatuor regrū tiones
tur intēciones: quarum prima ḡtuor.
est vitam ordinare. Secunda
materiam antecedentem dige

Digitized by Google

fere ipsamq; digestā cōpetenti euacuatiōe euacuare. Tertia ē pīctā localib⁹ auxilijs fmonere. Quarta z vltia est accidētia
Pēis i cōtingere. ¶ Ptia q̄dē itētio p
tētio. ficit cū bōa regiminis administratiōe q̄ ad cib̄ū et potum. ſ Utanſ itaq; hi q̄ tali laborāt aſpare oib⁹ cibarijs habētibus bonū gñaſ sanguinē z nō grossum. Uelut sūt carnes vituline caſprine: lactātes castran vnius anni gallinaz: pdicū pullorū atq; faſianoz: ac etiā ois auiū i arboīb⁹ degētiū in isto casu vtiliter ꝓcedunt. Aues ꝓterea aq̄tice z grossa corpa hītes velut sunt grues anseres z hmōi sunt i isto casu oino vitande. Uaccarū q̄z carnes porcoz capriolorū cerui lepoz z q̄ eoz cursu currūt ꝓterea q̄ generat sanguinē melācholicum et grossum i isto casu vtiliter phibēt a medico dari ifirmo. ſ Ceterū accōmodate ꝓcedit infirmo in brodio vituli carniū pnotataz ex oleribus decoq̄re velut sunt lactuca borago blitis cōdiuia melissa petrosiliū i pua q̄titate. Ferculū ēt i eodē brodio ꝓfectuz ex panatella farro grue z riso vtiliter ꝓcedit. qua insup sorbilia z quoqūo decocta pīertim borraginata in isto casu vtilissima sūt. Lētes preterea z oia legumina humorē grossum z melancholicū generātia: et caules oim generū ac pisces vallosi z ostracha prudētissime a medico sunt enitāda et ab infirmo dimittenda.
Nota. ¶ Et scias q̄ nō nisi vtilissimū est se cauere ab omnibus piscibus preter habentes colorē rubeū: et degētes inter lapides seu scopulos marz nitidi: z coz pora parua habētes. Fluuiales cācri nihilomin⁹ in isto casu concedunt⁹. Deniq; ois q̄ sanguinem grossum habēt generare: vt habetur a Gal. tertio de interiorib⁹ regimīs sanit rel inquenda. Ulterius vinū mediocris vmositatz optīe liphamz albū z odorifez vtiliter cōcedit. Ita animiq; exercitium forte. Uigeliecq; supflue in isto casu nunime sunt bōe. Imo bonū est ip in oib⁹ opationibus suis vt moderate viuat. Ista oia fere ponunt a Gal. in commēto illius amphorismi q̄ nutriuntur copiose z velociter ꝛc. Igit (vt supi⁹ dixim⁹) in oib⁹ suis opatiōib⁹ nihil meli⁹ est q̄ honeste z hilari vita viuere.
¶ Secūda itētio q̄ est materiā ancedētē digerere cōplex per assūptionē istius digestiui. R. sirupi de duab⁹ radicib⁹ melis rosati colati sirupi acetosi simplicis añ. ʒ. ſ. aquaruz fumitterre bugloſſe endiuie. añ. ʒ. j. ſ Sūpto isto sirupo p octo aut decē dies purgeſ patiens purgatione ista. R. diacaptolicōnis casie añ. ʒ. ſ. diafinicōnis. ʒ. j. ſ. agarici trociscati. ʒ. j. cū decoctiōe epitimi scene pilipodij scolopēdrie flozū z fructuū cordialiū fiat potio breuz addendo sirupi viol. ʒ. j. et. ſ. ſ Itē aliq̄n sumere istas pillulas ꝓcedenti digestione sirupi predicti optimā vtilitatē hēre inuenim⁹. R. agarici trociscati. ʒ. ſ. pillularū aggregatiuaz pillularū fetidarū maiorū añ. ℈. j. misce et formentur pillule quinq; cum aqua vite. ſ Similiter quoq; nō parua vtilitatez inuenim⁹ iterdū in assūptione isti⁹ electuarij. R. agari. troci-

Scda itēo
Digā
Purgatio
pillul
empl

Digitized by Google

scati. ℥. ß. turbith ℈ parati. ℥. ij. folicul℔ sene et epitimi. ℥. ß. ſp̃er℔ diarodonis abbatis. ℥. iij. mirabolan℔ chebulo℔ ẽ blicor̃ ⁊ bellirico℔. añ. ℥. ß. cũ zuccaro ſufficiẽti ⁊ ſirupo de fumoterre fiat electuariũ i mor-ſell' ℔m artẽ q̃ vtaſ patiens ſemel i ebdomada ad q̃titatẽ nucis p̃cedẽti (vt ſupi' dixim') digõne. ¶ Et ſcias q̃ in iſta mã medic' nõ d℥ eẽ cõtẽt' vna nec bia purgatiõe: nec ẽt d℥ p̃cedere purgatiõe fortis pharmaci. Imo prudẽtiſſimi medici ẽ i oi mã melãcholica ⁊ groſſa (vt in Meſue q̃t Meſue. c. 6. melãcholia autoritate Sale.) nõ ex q̃ſite euacuare: ſed moderate et paulatine ſp̃ p̃cedere. Inq̃t em̃ ꝑhat' vir loco ꝓallegato. Et Canõ q̃dẽ eſt i egritudinib' melãcholicꝫ vt nõ bis vt nõ ſemel: ſz p̃ iterual la faciam' euacuatiõnẽ talẽ h̃n tẽ tẽperiẽ: vt nã poſſit regulare euacuatione nõ autẽ euacuatio naturã. ℔ Pillule ẽt ꝺ lapide la zuli i iſto caſu laudant a doct. ¶ Tertia itẽtio q̃ ẽ mãz ꝓiuncã remouere ꝓlex̃ adminiſtratiõe localiũ domeſtice reſoluẽtiũ cũ reſolutione et mollificatiõe arq; aliq̃li ꝓfortatiõe p̃cule ap̃ate. q⁊ (vt inquit Aui. c. de ap̃ate duro) intẽtio reſoluẽdi ſephiros vt ponaꝫ illud ap̃a inter duas reuolutiões vcz reſolutiuã arq; mollituam. Et cũ ꝫ (vt ſupi' dixim') nõ d℥ expoliari ab aliq̃ loci ꝓfortatiõe. Et rõ ẽ: q⁊ ſi i iſto caſu p̃cederetur tñm̃ cũ mollitiuis: dubiũ eẽt ne humectatiõe ſua in cãcroſitatẽ ꝙerteret illud ap̃a. ſ. ℞ ẽt p̃cedẽdo cũ reſolutiuis: auxiliꝫs dubitãdum ẽ de reſolutiõe ſubtilis h̃uoꝫ ⁊ lapidatiõe groſſi.

Nota.

Meſue

Canõ.

Tertia itẽtio.

Ut ℈ iſta incõueniẽtia tollant: meli' ẽ p̃cedere cũ aliq̃ auxilio h̃ti ſ̃tutẽ reſoluẽti mãz cũ aliq̃li mollificatiõe ⁊ loci cõfortatiõe ſ̃ cũ eo vnã eaꝝ h̃ti ſ̃tutẽ: q⁊ (vt inquit Arzi. vir magne autoritatis i arte chiruga) ordiare ſigillati ⁊ p̃cedere tñm̃ cũ vna itẽtiõe abſq; erroze difficile eẽt. qz̃ obrẽ tuti' eſt talia auxilia ordinare q̃ mixtam h̃t ſ̃tutẽ: vcz mollificandi et reſoluendi cũ q̃dã a principio vſq; ad augmẽtũ repulſiõe cui' talis p̃t eẽ forma. ℔ In p̃nci pio h̃mõi aꝑatis vſq; ad augmẽtũ. ℞. radicũ altee. li. ß. ⁊. ß. ſemis citonioꝝ fenugreci intergri ⁊ linoſe añ. M. ß. oib' i aq̃ d℥ coꝝ icidaꝫ rñmõ altea ⁊ cri bellet cui cribratuꝫ addãꝫ olei camomillini anetini roſati. añ. ℥. ij. ſepi vaccini vitulini añ. ℥. iij. medulle cruriũ vituli pigue dis anatis añ. ℥. ß. k. oli amigdalaꝝ dulciũ. ℥. x. cũ cera alba ſufficiẽti ad ignẽ fiat cerok. molle q̃ q̃dẽ i iſto caſu optima ⁊ ſecura ẽ medicina. ℞ reſolvat em̃ paulatiue cũ aliq̃ mollificatione ⁊ loci cõfortatiõe: vt p℥ conſideráti ꝛ gredietia. Ad eaꝺẽ itẽtionẽ h̃ ifraſcꝑtũ ℈ p℥. ℞. farine fabaꝝ farie tritici farie ordei añ. ℥. iiij. camomille melloti bñ triturati furfuris ſubtilis añ. M. ß. linoſe fenugreci bñ piſti añ. ℥. ß. cũ decoctiõe ſupraſcꝑta i ꝑma ordinatiõe ad ignẽ ℈ artẽ fiat emplaſtꝝ ſolidũ cũ tãto de ſapa quanꝫ erit decoctio: addẽdo in fine cecture oꝝ camomilli aneti añ. ℥. ij. roſati. ℥. ß. ⁊ ℈. ſepi vituli caſtrati. añ. ℥. iij. buryri. ℥. ß. ℔ In ſtatu q̃ dẽ h̃mõi aꝑatis vti℈ adminiſtrãtur ifraſcꝑta auxilia. ℞. radicis

In ꝑncipio.

Cero. tum.

empl℈

In ſta

cū altee.lib.j.radicuz bugloſſe ℥.ij.radicū Jrios.℥.ß.capitū li lij.℥.iiij.oia i aq̄ ſufficiēti deco cta piſtēk ⁊ cribellēk cui cribra ture addāk ſoki camōillini anen ni añ.℥.ij.⁊ ß.oki ℈ lilio agripe ⁊ dialtee.añ.℥.vj.isopi hymi di.Jſopi ceroti Sal.añ.℥.r.dia q̄lōis albi.℥.iij.cū cera alba ſuf ficiēti fiat cerotum molle.Et ſi vis ip̄z eſſe maioris reſolutio nis addank armoniaci diſſolu ti in aceto.℥.iij.in fine coctur Jſtud nāq̄ emplm amice mi i uenim⁹ nō puā hr̄e p̄rogatiuā i reſoluēdo cū aliq̄li mollifica tione vnūq̄q̄ aſa durū.℣ Itē ad eādē itētionem cerotū ma gr̄ale q̄ ſepenūero expti ſu m⁹ in iſto caſu cū honore nr̄o ⁊ vtilitate iſirmi cui⁹ talis ē for ma.℞.decoctionis maluaz al tee radicū ligue bouine fenu greci linoſe ſeminis citoniz⁹ piſtiij ſicuū ſiccaz dactiloz⁹ paſ ſulaz.añ.q̄tū ſufficit litargirij aurei ⁊ argētei ſepi vituli ſepi vaccini porcini maſcu.añ.℥.iiij. buryri.℥.r.piguedis anatis pi guedis āſerie caponis atq̄ ga li.añ.℥.r.olei camomilini ane tini de lilio añ.℥.ij.vio.roſ.olei amigdalarum dul.añ.℥.vj.ad ignē back'o agitādo cum deco ctiōe p̄dicta ⁊ cera alba q̄tum ſufficit fiat cerotū molle.℣ Itē.℞.Jſopi ceroti Sale.℥.iij.ep̄z de melliloto.℥.iiij.diaquilonis magni.℥.iij.⁊ ß.ſepi vituli.℥.j. ß.medulle cruriū vituli pigue dinis galline anat̄ añ.℥.r.mi ce ⁊ cū cera alba ſufficienti ad ign̄ fiat cerotū molle.℣ Item emplz de melliloto diaq̄lō ma gnum.Jſopi cerotum Sale.in iſto caſu ſigillati oia admiſtra ta vtilit̄ q̄eniūt.℣ Silr añ ap-

plicationē bonū eſt ſp vt ēdro ceſ aſa pānis calidis i p̄noia tis reruz decoctionib⁹.Nā iſta euaporatio ante applicationē empli vel ceroti miz in modū iuuat diſponēdo materiam ad optimā reſolutionem vel matu rationē.Quarta q̄dē itētio q̄eſt q̄rta ſi accidētia corrigere opletur ad tentio. miniſtratiōe nōnullo⁹ localiū aduerſantiū oib⁹ accidentib⁹ q̄ p̄nt ptingere in iſto caſu.Et ſunt iſtavez dolor cū maturatio accidē ne iflāmatio dolor pulſatiuus tia. pūgitiu⁹ inflāmatiu⁹ venarū apparētia plenaz ſanguīe me lācholico:q̄ oia iſta accidētia vt in p̄cedenti capl'o plenarie locuti ſum⁹ cāceroſitatem moz bi coarguunt.¶Accidit ēt ter tio durities maxia p cui⁹ molli ficatiōe inuenimus iſta valere. ℞.radicū altee lib.j.fenugreci ⁊ linoſe ana.℥.ij.caput vni⁹ duri castrati ⁊ pedes ei⁹ duos pe cicī. des vituli ⁊ medietatē capitis ei⁹ oia p̄i⁹ aliquātulū ptuſa ℈ coquāt i aq̄ ſufficiēti vſq̄ ad oſſiū a carne ſepationez.dein de piſtēk tm̄mō altea ⁊ cribel lēk cui cribzature addāk olei ℈ lilio ℈ camōilla ℈ aneto.Jſopi Sale.terebentine clare añ.℥.j.ß.piguedis galline ana tis atq̄ anſerine añ.℥.j.diaq̄lo nis magni.℥.ij.cū cera alba ſuf ficiēti de oib⁹ cū p̄dicta cribza tura arte ⁊ igne fiat cerotū mol le.Q℥ q̄dē cerotuz ſummope re vz in mollificando vnāq̄q̄ duritiē lapidoſam ſp tñ puus locū fomētādo cū petijs made factis i hmōi ℈coctiōe.¶Ue zſi mō ptigerit locū ad ſanioſi Matu tatē deuenire matureſ loc⁹ aſa ratio. tis maturatiuo de maluauiſco habito i ātidotario nr̄o.¶De

Cero ſum.

Cura

Cero tū ⁊ de coctio.

Aliud

inde

inde incidat locus semp obser
natis documentis habitis i.c.
de incisione apatis i generali.
Incisio. ¶Deinde locus digerendus ẽ
mũdificãdus incarnandꝰ atq;
cicatrizãdus eadẽ doctrina ha
bita i ꝓallegato.c. ¶Deniq; si
cõtingeret ipm apa trãsire ad
Cura cãcer ositatẽ ꝑ sui curatione q-
cãcerosi tẽ. dẽ regẽdũ est curatiõe cãri de
quo deo dante vtilẽ doctrinã in
subsequenti capło tradere intẽ
do. ¶Et sic deo dante ꝛc.

Ca.r. Cãcer ¶Capm.r. de cancro.

CAncer vt inqt Auic.
lib.iiij.fen.tertia.de
cancro. est apostema
melancholicũ de me
lãcholia aduſta adu
stione cholere ⁊ non a pura fe
culenta (sicut inquit Brunus.)
Brunꝰ ¶Melãcholia quidem aduſta
faciẽs cãrũ duobꝰ modis adu
rit. Uno mõ ꝑ aduſtionẽ cho
lere subtilis. qñ cholera rubea
aduritꝰ. vñ eiꝰ subtile resolui⁊
spissum terrestreq; ipsiꝰ aduſtũ
remanet: hec ꝙdẽ melia vocat
melãcholia maligna aduſta ꝑ
aduſtionẽ cholere (vt supiꝰ dixi
mus.) Et hũc modũ aduſtiõis
melãcholie tetigit Auic. cũ dicit
de melãcholia aduſta a mãcho
lerica. Alio mõ põt esse aduſtio
melãcholie. Alio mõ ꝑ aduſtio
nẽ melie nãlis: nã qñ melan
cholia naturalis miscetur sup
flue cuz cholera tũc illa melã
cholia naturalis vt plurimũ ad
ducit admixtiõe materiei cho
lerice admixte; cũ suprdicta
melancholia: ex q melãcholia
aduſta sub isto modo cõuenien
tissime pt gñari cãcer parui do
loris ⁊ pue vlcerationis. ¶Est
insuper apostema parui corpis
a principio vt plurimũ rotũde
figure. Aliqñ ad similitudinez
ciceris. Interdum ad similitu
dinẽ fabe a pncipio ortus sui re
perit. ¶Est etiam cancer durꝰ
fusci coloris dolorosus in circui
tu cuz venis plenis sanguine
melancholico. ¶Cuius due Spẽs
sunt species: vcz ylceratus can
cer: ⁊ nõ ylceratꝰ. ¶Ñ i pncipio
sui ortꝰ (vt inquit Aui.) est occul Aui.
te diſpositionis. ⁊ scdz plurimũ
in primis diebꝰ sui ortus esse
eius ambigitur: deinde in po
sterum manifestantur signa eiꝰ
apostematis cãcerosi. ¶Auic. Auic.
in particula ista docet nos co
gnitionẽ cãri qñ incipit appa
rere: ac etiã nos docet ipm co
gnoscere qñ est in principio: ⁊
etiã qñ est cõfirmatꝰ per sua sig
na cõfirmationis superius ꝓ
notata sicut est dolor ꝛc. ¶Et
ita facit Gal. xiiij. de ingenio
sanitatis. Dicit enim Gale. eadẽ Gale.
rationem hẽre, debemus cõpa
ratiue ad cognitionẽ nostrã de
cãcro in principio qualẽ hab
mus de nascentijs terrarũ: vcz
de oleribꝰ eoz seu herbis oim
generũ: nã dũ herbe nascuntur:
et adhuc parue existunt: difficili
est eaz cognitio: quare sic
ut ipe herbe dũ sunt tenelle
etatis nõ cognoscunt a malis
herbarijs ⁊ indoctis. Ita ⁊ eo
dem mõ cancer i principio sui
ortus ab ignorãti chirugo non
cognoscit. ¶Cancer q̃dem di Distin
stinguit ꝑm tres modos. Disti ctio cã
guitur autem secundum cause cri.
diuersitatem: aut secundũ tem
poris diuersitatẽ. ¶Distinguitur autem scõm diuersitatem
cause: quoniam alius fit ex me
lancholia: que melãcholia ali
quãdo efficitur aduſta per adu
stionez melancholie naturalis:

Digitized by Google

et iste cancer est tardioris vlcerationis et parui doloris ac pauci incremẽti. Qui ꝙ efficitur ex melancholica adustione cholere est vehemẽtis malitie ꝛ velocioris corruptiõis ac doloris vehemẽtioris. Propterea qꝛ (vt inqt Auic. in. j. li. cap. de humoribꝰ) ipa prealleganta melãcholia ẽ detestabilioꝛ ꝛ vehemẽtioris malitie ꝛ corruptiõis ceteris spẽbꝰ melãcholie. Hoc q̃dẽ accidit ꝑ sui vehementẽ mobilitatẽ ac ẽt acuitatẽ ꝛ caliditatẽ eiꝰ. q̃bꝰ q̃dẽ de causis iducit ꝑdicta melãcholia i isto aꝑte fortioꝛa accidẽtia ꝛ vehemẽtioꝛa ꝗ ꝓia spẽs melãcholie ꝓnotate. ¶ Distinguit ẽt ꝛ diuersitatẽ mẽbꝛoꝝ. Nã alius sit in mẽbꝛis mollibus sicut in carne. Aliꝰ ꝙ i mẽbꝛis medio cribꝰ ꝛ ꝓsitibꝰ q̃ mẽbꝛa sũt sicut nerui corde ꝛ ligamẽta. Alius ꝙ in duris sicut in ossibꝰ atq; cartilagie. ¶ Tertio ꝛ vltio mõ distinguit ꝛm diuersitatẽ tpis. Qm̃ aliꝰ ẽ recẽs: aliꝰ antiquꝰ. Antiquꝰ q̃dẽ cognoscit ꝑ tpis diuersitatẽ ꝛ magnã liuiditatẽ ꝛ nigredinẽ loci ac ẽt ꝑ magnã labioꝝ duritiẽ atq; vlceris magnitudinẽ. Intãtum q; ẽt pueri egritudinẽ istã cognoscunt ꝓ malo ꝛ detestabili morbo. ¶ Cãcer ꝓpterea a modernis et iunioribꝰ doctoribꝰ tm̃mõ distinguit ꝛm diuersitatẽ spẽrũ: sumẽdo denotationẽ eiꝰ a loco. Nã ꝛm q̃ eius ortus pluribꝰ in locis põt ꝓtingere plura sibi sotiã noia. Nã si i facie vcꝝ a mẽto supra oriat talis egritudo a ꝑfatis modernis doctoribꝰ noli me tangere nũcupat. Uerũ si iferioꝛibus partibꝰ vcꝝ in coxis ꝛ tibijs reperiat egritudo ab eisdẽ lupus vocari cõsueuit. In ceteris ꝙ corporis particulis dicũt ipsum morbũ esse cancrũ. ¶ Assignant insuper aliam differentiam ꝛ qualitatẽ complexionis eorum. Nam dicũt q; cancer lupus sit de chole ra magis ignita ꝗ noli me tãgere. Tamen de ista ꝓallegata modernorum distinctione i antiquoꝝ scripturis nullam inuenimus ab eis factam mentionem. Cancer itaq; dicit ꝛ noia tur tali noie cãcro ꝓpter vnam duarũ rerũ ſz Auic. vcꝝ. Aut ꝓpter suã tenacitatẽ cũ membro cui accidit talis egritudo quez admodũ tenacitas cancri cum eo qõ venatur. Aut ꝺr cancer ꝓpter formã suã quam habet rotundã: et vt plurimũ cũ dolore ꝛ egressiõe venay q̃ sũt sicut pedes eius cancri i eiꝰ circuitu. ¶ Iste ẽt cãcer: (vt inqt Rasi. li. ad almãsorẽ.) egritudo est i qua maxima ẽ fatigatio. ¶ De differentia deniq; q̃ inuenit inter cancrum et sephiros plenarie locuti sumus cap. de sephiros via theozice. quare ꝓ tui necessitate illuc reccurre. Unus est quod cancer vt plurimum oritur per viam inceptionis. Sephiros quidem per viam consecutionis. ¶ Et sic deo dante ꝛc.

Auic.

Quare dicitur cãcer. Auicẽ.

Rasis.

¶ Cap. xj. de curatione cancri. Ca. xj.

Ntequã ꝑcedãt capitula ꝛ via theozice ꝺ cãcro ꝛ eius speciebus satis dictũ ẽ. In ꝓsenti vero capitulo de eius curatione tam eradicatiua ꝗ paliatiua vtilem sermonem describere tps est. ¶ In curatiõe itaq; hmõi aꝑtis quatuoꝛ in-

Noli me tãgere.

Intentiones.

Digitized by Google

ctiões necessarias esse inueni
mus. prima q̃dē intētio ꝓficit
ordinatiōe boni regimīis vez
quo ad cibū ⁊ potū. Scōa cōsi
stit i regulatiōe ⁊ digestiōe ma
teriei añcedētis. Tertia ē ma
teriā antecedētē digestā phar
maco cōpetēti euacuare. Quar
ta est materiā cōiūctā medica-
mine domestice resolutiōis at-
q̃ loci cōfortationis remouere
ꝓria ⁊ ¶Prima quidē ⁊ secunda intē
scōa in tio complek prout dictuz est in
tentio. cap. de cura sephiros. quare il
luc recurre necessitate vrgēte.
Ter- ¶Tertia intētio q̃ est materiā
tia in- añcedētē digestā euacuare cō
tentio. plek administratiōe ifrascripti
Digō. sirupi. ℞. sirupi de fumoterre
sirupi de succo acetose buglos
sati añ. ʒ. ß. aq̃rū fumiterre bu
glosse capilloꝝ veneris añ. ʒ. j.
Purga misce. ¶Supto tali sirupo per
tio. x. dies purgetur patiēs purga
tione ista. ℞. electuarij lenitini
dia captoliconis añ. ʒ. vj. confe
ctiōis amech. ʒ. ij. cū decoctio
ne florum ⁊ fructuū cordialium
mirabolanorum chebulorum
atq̃ emblicorum fiat potio bre
Nota. uis. ¶Et nota q̃ (vt in. c. de cu
ra sephiros dcm fuit) nō debes
cōtētari ꝓ purgatiōe materiei
melācholie vnica ipsi⁹ cūone.
Nec debes ꝓcedere forti phar
maco: q; vt ibidē dictū est au-
Sal. torizate Sal. q̃n materia est me
lācholica paulatim digerēdo
debes ipz euacuare. Quāobrē
Mesu. bon⁹ ⁊ optim⁹ Mesue cū eūa-
tione materiei melācholice tra
Sal. ctauerit autorizate Sal. dicit. c.
mekia hāc pulcherrimā sniam
habitā in. c. de cura sephiros:
ꝑba cui⁹ sunt ista. Et canō quidē
est i egritudinib⁹ melācho
licis vt nō bis nō semel: sed ꝓ

internalla faciam⁹ enacuatio-
nē ita ḣnt̄ tēperiēt natura re
gulet euacuatiōnē nō aūt eua-
cuatio naturā. Sequit igit per
ista ꝑba q; meli⁹ est i hac ma-
teria multiplicatio numeri q̃
q̃ntitas. Preterea multa auxi
lia indigerēdo ⁊ purgādo ma
teriā faciēt̄ sephiros: er q̃ fe
re vna eadē est materia cū can
cro: accōmodate illi⁹ huic capi
tulo ꝓ tua necessitate pñt attri
bui q̃re illuc recurre i tua neces
sitate. ¶Vni⁹ ēt optionis inenik
Aliabas. Dicit em ⁊ nō sis cō Aliab.
tentus vnica eūatione i purgā
do materiā faciēt̄ cācrū: ſz fe-
pe ⁊ sepi⁹ purgare te opz pre-
nosatā materiā: donec tota: cro
gnoueris ipm melācholicū hu
more faciēt̄ cācrū esse euacua
tū. ¶Preterea accōmodate ali
qñ in isto casu: (vt iquit Sal. ij. Sal.
ad glauconē ⁊ Auic.) flebotho
mia possit tolerari. ¶Insup cō
uenit interdū purgatio ista. ℞.
foliculorū sene epitimi añ. ʒ. ſ.
cōfectionis amech. ʒ. ß. inleb
violeti ros. er infusiōe atq̃ bu
glossati añ. ʒ. ß. feri capzini. ʒ.
ij. misce ⁊ dēt patiēti i aurora:
nā ista purgatiūcula summope
vz in isto casu dico prius facta
purgatiōe vnuersali antedicta. Quar-
¶Quarta quidē intentio q̃ est ta intē
materiā cōiūctam remouere cō tio.
plek administratione localiuz
lento more ac domestice resolu-
uētiū. Et eo maxime dico eava
lere cancro nō exīte vlcerato. Reſo-
¶Quorū primi talis est forma luniua.
℞. olei rosa. onfancini olei vio Cero-
lati añ. ʒ. ij. vnguenti rosā. vn- tum.
gu. populeonis. añ. ʒ. x. succi
plantaginis ⁊ solatri ana. ʒ. ſ.
semis decoctionis maluarum
violarum altee seminis ci-

Digitized by Google

toniorū pstlq decocte ſm artez lib. j. ſepi vituli. ℨ. iiij. medulle cruriū vituli boui. pinguedinꝫ anatꝫ olei camomil. añ. ℨ. j. decoquāt oia ad ignē lētū ⁊ bulliāt vſq; ad ꝓsummationē succi ⁊ decoctiōis: deinde colenꝫ cui colature addant diaqlonis albi. ℨ. iij. litargirij aurei bñ tritu rati ℨ. iiij. tucie alexādrie. ℨ. r. ⁊ iterū cū cera alba ſufficiēti arte ⁊ igne baculo agitādo fiat cero tū molle. Nā vt ptz ꝓsideratī i gredientia iſtō cerotū ſūmope vz in iſto caſu reſoluēdo materiā ⁊ locū ꝓfortādo cū aliquali mollificatiōe. ℨ Itē ad eādē ī tētionē. ℞. olei ro. ℨ. ij. olei vio. ℨ. j. pigue. vituli. ℨ. r. ſucci plantag. et ſolatri añ. ℨ. j. omnia bulliāt ad ignē vſq; ad ſucci ꝓsumationē: deide colēt ⁊ ducant i mortario plūdi p duas horas

℣ Ex ſi cancer iſte fuerit i ꝑncipio ortus ſui corpe exiſte foti iſpoꝫ aꝑate exiſte i loco cui⁹ eradicatio fieri poſſit ſine inciſiōe magnaꝫ venaꝫ magnoꝫ neruoꝫ via icīſiōis atq; cauterizatiōis eius itegra curatio efficeret. Nā (vt inq̄t Aui.) accidit cācer in q̄buſdā oris: vcz in q̄buſdā regiōib⁹ corpis ſeu extremitatib⁹ mēbroꝫ vt ſanet i cipiēs. Cōfirmat⁹ vero non. Et multoties q̄dē accidit cācer interius occult⁹: ⁊ tūc ē rectificatio in eo: rectificatio q̄ i eo ē: ē vt nō moueat medicamīe forti: qm̄ ſi moueret fortaſſe perduceret ad feſtinā mortē. ℨ. ⁊ ſi dimittat ipz aꝑa cācroſū ⁊ nō curat medicamine forti: fortaſſe ꝓlōgat ſpaciū ei⁹ vite cū q̄dā ſalute paleādo ipm. Planū m ē ℨ autoritate oim antiquoꝫ cācrū antiq̄tū ⁊ malignatū cu-

tiōe vera: vcz inciſiōevel cauterizatiōe a medico mīme curari poſſe. ℨ Propter qō dicebat Al bu. de cancro. Cū ℨo antiquat⁹ ⁊ ꝓfirmat⁹ erit tūc nō opz vt appropinq̄tur ei. Inq̄t em̄ ego nō potui ex eo ſanare neminē nec vidi quēq̄ añ me q̄ puene rit ad id. ℨ Vñ iuſta ē ſmia Ypocratꝫ. vj. aphoriſmoꝫ. dicit em̄. Quibuſcūq; cācri abſcōditi fiūt hos nō curare meli⁹ eſt. nā curati. i. inciſi vel decocti citi⁹ pereūt nō curati. i. paleati longuz tp̄s viuunt. ¶ Caute preterea circa cācri inciſionē ꝓcedēdū eſt vt inq̄t Aui. Nā niſi eius inciſio radicitus fieri poſſit nullo mō facieda eſt: qz plerūq; in ducit cācrū ad feſtinam vlcerationē ⁊ malignitatē eius. ℨ Ueru ſi talis morb⁹ fuerit ſatis tractabilis i ꝓncipio ſue natiuitatis (vt ſuperi⁹ dixim⁹ (pui corpis pueq; vlcerationis: ⁊ in tali ꝓticula corpis q̄ a medico p viā inciſionis eradicatio ei⁹ poſſibilis eſt videat: tūc prudētiſſimi chirugici eſt facta pri⁹ vl̄i purgatiōe p vētris ſolutionē catartico ꝓpetēti ac etiā per flebothomia (vt ſupi⁹ dixim⁹) ipm cācrū incidere ⁊ extirpare cū oib⁹ ſuis venis ⁊ radicibus. Deinde purgato ei⁹ ſanguine melā cholico icīſiōe ꝓdicta vtiliſſimum eſt ipm locū candēti ferro decoq̄re: ꝑtē vitiatā penetrādo vſq; ad ꝑtē ſanam (Nam vt inquit Aui.) Cūcta prius tē tanda: ſz imedicabile vulnus Enſe recidendum eſt ne ꝑſin cera trahatur. ℨ Hoc celebrato ro et arungia vel cū infraſcripto emplaſtro ⁊ erit melius. ℞. decoctiōis altee maluarum et

Alb.

Mod⁹ medendi.

Alia cura.

Auic.

Ouid.

Digitized by Google

violarū.li.ij.farine ordei quantū sufficit ad incorporādū cū decta decoctione.deinde ad ignē bulliant vsq; ad spissitudinē addendo olei rosati z violati aū.ʒ.ij.vitella duor ouorum cruciata.Istud em̄ emplm̄ est miti gatiū.vt ptz cōsiderāti ingre dientia mollitiū z resolutiū materierū q̄ sunt in circuitu attracte ꝑpter cauterizationē et incisionē.Est ēt cū aliquali cōfortatione loci. Et nota q; in quocūq; tpe isti⁹ morbi fortis humectatio est piculosa de malignitate hūoris melācholici: cū ipsa hūiditas:vt habeāt primo methеorosq; sit mī oīm putrefactionū.Ideo ꝓpter hanc cām magis placet mihi pcura re casum eschare admistratiōe ēpli p̄dicti ꝺ cū butyro z axūgia rōnib⁹ p̄dictis.Deide remota eschara loc⁹ mūdificād⁹ est administratione isti⁹ domestici mūdificatiui.℞.terebenti ne clarissime lote cū aq̄ ordeacea.ʒ.iij.olei oliuacini si ru.ro. ex infusiōe.aū.ʒ.j.ℓ.succi plantaginis succi solatri aū.ʒ.ij.succi apij.ʒ.ℓ.bulliant oia sīl vsq; ad ꝓsummationē duar ptiū ex tribus dictor succor. Deinde coleī z immediate addat vitellū vni⁹ oui recētis farie ordei: farine lētiū bñ cribellatez recē tis.aū.ʒ.ß.croci.ℨ.j.misce.istū em̄ mūdificatiuū mūdificat loc cū sine mordicatione cū absterſiōe z exiccatiōe ac loci ꝓfortatiōe.Et nota q; in quocūq; tpe isti⁹ apatis gñatiua carnis minime euenit. Nec ēt fortiora absterſiua z exiccātia cake ꝓpleriōis debēt a prudēti chirurgo admistrari.Imo vngūēta z linimēta,i curatiōe ipsi⁹ cācri vlcerati:dñt eē frigide z siccē ꝓpleriōis:velut vnguēta magistralia de mineralibus z succis herbar ꝓfecta z ducta din in mortario plūbi cui⁹ virt⁹ in hac ꝓpositione summe laudatur ab Aui.z fere ab oib⁹ modernis z antiq̄s doctoribꝫ:q̄rū formas auriliorū z receptas nō nullas nō possum nō in mediū tibi adducere.Unguētū itaq; mgīa vngūle ex inuētione nīa nobilissime tū mas- Nota. operatiōis curans vlcera mali gīale. gna cancerosa corrosiua z q̄ eo rū cursu currūt pri⁹ dico vlib⁹ z particularib⁹ superius descriptis a medico suis loco et tpe ꝓsumptis cui⁹ talis est forma. ℞.vnguēti rosati descriptione Mesue.ʒ.ij.vnguēti populeo. Mes. ʒ.j.et ß.olei mirtini:olei rosati ex oliuis imaturis ana.ʒ.iij. sepi vituli.ʒ.iiij.succi plantagi nis solatri.ana.ʒ.ij.et ß.succi sempuine gallitrici pollitrici cimar rubi.aū.℥.j.mīsilue acetoselle aū.℥.ß.terēda terā tur cū dicta pinguedine vitulī: deinde sīl pmaneāt p diē naturalē z bulliāt oia sīl vsq; ad cōsummationē succi. Deinde coleī cui colature addat de cera alba quātū sufficit.postmodū auferat ab igne ꝑ baculo agitādo donec tepidū fuerit. Quo facto addank litargirij aurei z argē.bñ triturati.aū.ʒ.ij.plūbi vsti.ʒ.j.ceruse.ʒ.j.tucie alexādrine puluis cācrorq; fluuialiū i furno desiccatar aū.ʒ.r. Cāphore.ʒ.ij.lapis amatistis.ʒ. iij.misce. Et si ducereī p̄dictū vnguētū in mortario plūbi vtilissimū esset.Item ad eādē itē- Lini tionē.℞.olei rosati ex oliuis ti- mēti. maturis vnguēti rosati aū.ʒ.ſ. z ß.succi plātaginis:succi sola

Digitized by Google

tri lactuce portulace ana.ʒ.ij.li targirij aurei ⁊ argētei añ.ʒ.j. tucie alexādrie.ʒ.ß.de oib⁹ simartē i mortario plūbi ducēdo p
Aliud dic fiat linimētū. Est em̄ mirabile ad phibēdū augmētū cancri cū sedatiōe doloris. Uz etiā vlcerato ⁊ nō vlcerato. ℣el facias sic. ℞. muscillagis psilij ⁊ citonioꝝ.ʒ.j.⁊ ß.succi coriādrū vl loco ei⁹ succi acetose.ʒ.ß. olei rosati.ʒ.ij. litargirij aurei ⁊ argētei.ʒ.ij. tucie.ʒ.ij. ceruse ʒ.ß.plūbi ysti.ʒ.iij.vitellū vni⁹ oui recentis lactis mulieris.ʒ. v.opij grana.iiij.cāphore granā.ij.misce ⁊ in mortario plūbi p medietatē diei ducēdo. ℣ Itē aliqñ lauare locū vlcerationis
Decoctio. cancerose ex infrascripta decoctiōe summopere iuuare vł. ℞. aq̄ rosate aq̄ solatri aq̄ plātaginis añ.ʒ.ij.mirabolani citrini balaustiaꝝ.añ.ʒ.ij.alumis rocheꝝ.ʒ.ß.pistata prius pistāda: deinde bulliāt oia vnica ebullitione. Deinde colet ⁊ lauet locus sepe ⁊ sepius. ℣ Itē. ℞. olei
putrefactiua applicenk. ¶ Opꝫ ris: caude eq̄ne aā. ℨ. ℈. peri-
insup te subtilꝫ ituēri vtrū ner conis. ℨ. ſ. ok. ro. onfan. ℥. ſ. ℈.
uus sit discoopꝰ z vulnꝰ valde oīa adinuicem pistenk: z ad fur
amplū: aut nō. ℣. Q̄ō si discoop nellū arte z igne cū cornamusa
tus fuerit: nō patiē medicamē vitrea bñ inlutata optime lābi
vehemētis caliditatis: sicut est cenk. Et qꝛ ꝑma materia q̄ exie Oleuꝫ
sulphur eufoꝛbiū z silꝛis. Sꝫpo rit erit in foꝛma aq̄ oleū deinde ꝑtiosiſ
tius ꝑdictū vulnus idiget ma ꝑtiosissimū emanabit: iō vtili simum
Auic. tozi sedatiōe doloꝛis (inqt em simū erit ꝑdictū oleū cū ꝑma
Aui.) Sicut neruus discoopꝰ aq̄ itez ī miscere z sic bulliāt
ē dignioꝛ ceteris vt fiat aleuia ponēdo intꝰ pax grane finissi
tio in eo. Ita ligamēta q̄ oziunk me z rubee tīctoꝝ ipiconis pa
ab ossibꝰ sunt figuraꝫ dignioꝝ rūq; herbaꝝ supiꝰ nolataꝫ vsq;
Lini- vt operet sup ea cū medicami ad ꝓsummationē totiꝰ aq̄: dein
mentū ne forti. ℣. Sup neruo discooper de fortiē colenk z vsui reserua:
to ergo vtilissimū est ponere in qꝛ mirā hꝫ ꝑprietatē i isto casu.
fraſcriptū linimentū. ℞. olei ro ℣. Et fere dici ꝑt q; i isto oleo ia
sa, onfancini. ℥. ſ. ℈. olei de tere cēt oīa secreta oēsq; ꝓgatiue
bētina. ℨ. iij. succi plātaginis. ℥. q̄ neruoꝝ medicamia hr̄e dñt:
℈. seminis ipericonis aliquātu qꝛ (vt ptꝫ ꝓsiderāti igredictis)
lū ꝛriti. ℳ. ℈. tucie ꝑparate. ℨ. hmōi oleū ꝑtutē hꝫ sedatiuam
iij. calcis decies lote cum aqua doloꝛis attractiuā desiccatiuaꝫ
plātaginis. ℨ. ij. antimonij. ℨ. ſ. cū absterſiōe: q̄b⁹ oīb⁹ in cura
sepi hyꝛcini sepi vituli aā. ℨ. v. tiōe vulneꝝ neruoꝝ idigem⁹.
vermiū terrestriū lotoꝝ cum vi Unum ꝓterea semper tibi ſie

Digitized by Google

Auic. mẽti tenẽdũ q̃ auxilia sp actua liter calida (vt inq̃t Auic.) debẽt admistrari i vl̃nẽf z ei⁹ circui tu imo fascie z bẽde nõ frigide ſ̃ calide esse debẽt: qz (vt inq̃t p̃fat⁹ vir) nocumẽtũ nerui sum ptũ a frigiditate eaꝝq̃ sua fri giditate obuiãt ipſi neruo non paꝛ eẽ vr: imo friditas q̃z mõ in neruis cãta inq̃t esse vnũ de

Cura pũctu re ner ui. nocibilioribus eis. ¶ De cura tiõe ãt pũcture lz satis dcm̃ sit supra in ſnia allegata ab optio

Mes. nes. tm̃ vt eius curatio magis eluescat aliqua auxilia necessa ria z vtilia puto eẽ tãgẽda q̃ in

Cauterium. loco p̃allegato nõ fuerit. ¶ In pmis q̃ loco pũcture aut loco inciſiõis fcẽ sup pũctura (vt supi⁹ dixim⁹ q̃tidie feruẽti oleo ſãb.) cauterizeꝛ. ¶ Deinde

Attractiuꝝ a duersus pũcturaꝝ nerorum. attractiuũ subtilis substãtie su per locũ administreꝛ. cui⁹ talis p̃t esse ordiatio. ℞. fermẽti. ℨ. j. tereb. ℨ. ij. piguedis gallie olei de semine lini añ. ʒ. x. olei sam bu. ℨ. j. ß. fari. fenugreci farine ord. añ. ʒ. vj. croci. ℨ. j. vitellum vni⁹ ou misce z bul. vnica ebul litiõe ponẽdo vitellũ oui i fine coctur: z est medicina magna

Aliud attra ctiuꝝ nobilis operatio nis. i isto casu. ¶ Itẽ ad eãdem intẽ tiõẽ vꝝ istud vngũtũ. ℞. diaq̃ lonis albi cũ gũmis. ʒ. x. tereb. clare gũmi elimi. añ. ʒ. ij̃. olei samb. ʒ. ij̃. olei ỏ eufor. ʒ. ß. her mo. dissoluti i aceto. ʒ. j. misce z ad ignẽ bulli. paꝝ z fiat cerotũ ¶ Multa remedia amice mi su peri⁹ ordinata fuerũt tã de olis q̃ ỏ empl̃is z cerotis q̃ ad hãc

Remotio spãt. curationẽ pnẽt. ¶ Pro remotiõe itaq̃ spas mi z apatis cũ de remotiõe do loris superi⁹ satis dictũ fuerit nũc aliq̃d est dõm. ¶ In pmis dico q̃ i remotiõe spasmi nulla melioꝛ curatio est q̃ ptin⁹ ner uũ lesum cãdẽti ferro trũcare. Cõsequẽter oleo samb. feruenti vtilissimũ ẽ vuln⁹ visitare. Deinde coctura vulneris medicaminib⁹ lenitiuis seu digis pcurare. Et hãc curationẽ tpe nr̃o multoties exptũ sum⁹: nobis et egrotãtib⁹ bñ succesſuꝝ fuit. Et de lenitiuis pueniẽtib⁹ in isto casu cerotũ stue empl̃m õ radi ce altee supi⁹ ordinatũ summe iuuasse pcepim⁹. ¶ Cetez mul ta auxilia p remotiõe apatis i li. ãtiquoꝝ p̃sertim a Gal. z sunt ab Auic. pmemorata: z pstãt mi nerabilib⁹: q̃ reuera i tẽpestate nr̃a paꝝ a practicãtib⁹ fũt visitata: z qz in eis paruã iuenim⁹ vtilitatẽ: iõ breuitatis gr̃a rõ nib⁹ ꝑalle. ea pticescã. ¶ Curãt

Gal. Auic. Cura tio. tm̃ apata neruoꝝ vulneꝝ ẽp̃lm de farinis cũ lixiuio et sirupo ros. Et ẽp̃lm de sapa descriptio ne nr̃a ordinatũ supi⁹ quoꝝ de scriptionez illic videre potes.

Nota. ¶ Deniq̃ accidit interdũ vltra apationẽ neruũ corrũpi: quare necessariũ ẽ (cm̃ p digestiua separari ñ possit) putrefactionẽ p dictã cãdẽti ferro remoneꝛ. Ue rũ multoties sepauim⁹ putrefactionẽ nerui administratiõe vn

Auic. guẽti egyptiaci ỏ scriptiõe auic. pfecti. Aut cũ trociſco nr̃o ỏ minio aut puluere nr̃o carnis sup flue sine dolore remotiuo. De q̃b⁹ oĩb⁹ in antido. nr̃o tibi pleniozez dabo notitiã. ¶ Hec sunt q̃ ad memoriã mihi reddita fũt pro curatione istoꝝ vulneꝝ ꝛc.

¶ Capl̃m. xvj. de spasmo z ei⁹ curatione. C. xvj.

Spasmus. Spasm⁹ testãte Auic. ſcda tertij capl̃o pro prio medicoꝝ pncipe ẽ egritudo nerue

ſs qua mouenſ lacerti ad eoꝝ
originē inobediēteſq; fiūt i di
latatiōe:qz nō pñt dilatari ſcdz
voluntatis ipiū niſi remoueaſ
Spēs. egritudo. ¶ Cuius duplex eſt
ſpēs:vcz ſpaſmꝰ ꝓportionatꝰ
ad materiā:z nō ꝓportionatꝰ.
Proportionatꝰ ad materiā pōt
eſſe duplex vcz de inanitione z
repletiōe. Et quāḡ aliq tenent
interdū a vulnere ꝛtingere poſ
ſe ſpaſmū nō ꝓportionatū ad
materiā:cuius cām dicunt eſſe
timediate effectiuā ſicut eſt ꝟ
ſiue alia ſtimulata interdū a re
ꝓter naturā velut eſt doloꝛ ſolu
tio ꝛtinui:ꝑſertim cū punctura
facta ab inſtrō minuti capitis
aut pūctura vel moſura alicuiꝰ
venenoſoꝝ aut nimia frigidita
te particulis neruoſis vulnera
tis euenieti. Et ꝓpterea optle
Hypo. dicebat hyp.v. apho. dicēs. Fri
gidū moꝛdens cutim doloꝛē ri
goꝛē aut ſpaſmū iducit ſine ma
teria. Tñ in rei veritate ē de ra
ro ꝛtingenti. Et ſi illū euenire
ꝛtigerit:ſatis ſḡ primū vtiq; ꝑ
portionatus ad materiā efficit
ſpaſmus de repletione vt pꝛm.
¶ Ergo ad ſolutionē ꝛtinuitaꝫ
neruoꝝ accidit ſpaſmꝰ ō reple
tione z hoc rōne doloꝛis vehe
Gale. mētis:nā doloꝛ (vt inq̄t Ga.) eſt
ſicut vētoſa attrahens materiā
ad locū:q̄ imbibunt z replenſ
nerui. Vñ materia illa interdū
trāſmittit ad cerebrū ꝑ neruos
Cerebrū ſentiēs eā conaſ trāſ
eius inimicā ab eo ipam expel
lere materiā. Ex qua expulſiōe
nerui imbibunt materia predi
cta. Et ſpaſmus ſepenūero cau
ſaſ ꝑ totū coꝛpus q̄ de repletio
ne dz. Et ꝓpterea cā eius eſt de
repletiōe. ¶ Interdū q̄ꝫ putre-
factiōe nerui: ex qua putrefactiōe

materia venenoſa elenaſ in fu
mū z per neruos rapit ad cere
brū: quāobrē neceſſario cerebrū
ſentiēs nocumētū venenoſitaa
tis materiei q̄ cauſat motionez
cerebri ꝓpaſſiōis monet ad ex
pellēdū nocumētū veneni rōne
cuius ſpaſmus cāri vī a mala z
venenoſa q̄litate materiei z nō
a multitudine ipi. Et ꝓptereā
vidimus ſepenumero hūc ſpaſ
mū gñari ꝓpter neruoꝝ pūctu
rā (vt optimꝰ Meſ. teſtaſ autori Mes.
tate Gal. c. de ipaſmo) dicēs pū Gale.
ctarā neruoꝝ vel chordaꝝ ſeq̄
tur ſpaſmus. Et ꝓpie cū nō re
ſpirat pūctura. Efficit enī inter
dū ſup ipſa pūcturā venenoſuz
reuma z venenoſum q̄dē ꝓpter
ꝛtinuitatē rapit ad cerebrū z fa
cit epilepſiā aut ſpaſmū. Puri
dū ꝟo apa aliq̄ in loco pūctu
re gñaſ: quare Gal. nedum p̄ce Gale.
pit pūcturam aperiri. Imo ner
uuz totali inciſiōe ſcindi vt ei Nota.
accidētia mala q̄ſenſ. Inq̄t p
fatus vir. Et ſit ſpaſmꝰ quaſi ip
in punctura z ſolutiōe ꝛtinuita
tis neruoꝝ ad humiditate: iō
ſpaſmus de repletione cāri vī.
¶ Et ꝓpterea eiꝰ cura eſt ſicut Cura
paralyſis: cū eūonibus z cliſte
rijs acutis ac balneis aq̄ ter
maꝝ z balneo ſicco in fine rei
artificialr ꝓfectorum ꝓfortā
tiū cerebrū z ciꝰ nuchā z deſic
cātiū hūiditatē faciētē ſpaſmū
Linimēta q̄ꝫ (vt ipſe donꝰ We Linia
ſue aſſerit) deſcripta in cura pa mēta.
ralyſis aduerſus ſpaſmū mira
biliꝛ valēt. ¶ Regimē vtiq; eius Regi-
i cura ſpaſmi pꝛm tuuat. ¶ Bal- men.
neū ꝟo ꝓueniēs ad hūc tale ꝑt Balne
eſſe. R. camomil. melliloti ane- um.
ti ſambuci rute ſtichados: ma-
tricarie nepite origani roꝛiſm.
ſalute. añ. M. iij. herbe ſcte ma

Digitized by Google

rie iperico.abzotani pulegij flo-
rū sambuci añ.M.j.radi. altee
z enule añ.li.ij.sq̄nāti melf.li.
iij.castorei.ʒ.j. ȳmium terre-
striū.ʒ.ij.nucis musca.cinam.
añ.ʒ.j.cubebe gariofilozū ali-
quātulū zritop añ.ʒ.ß.bulliāt
ola sīt cū vulpe viua in aq̄ zvi
no sufficiēti z oleo olinaz dul-
ciū vsq̄ ad ꝓsūmationē duaruz
ptiū ex tribus. Ex q̄ totū coz-
pus suffumigetur z balneet qz
eius opatio ad spasmū mira-
Cero- bilis ē. ¶Et no.q̄ si ex radice
tum. altee z enule ptius decoctis et
cribellatis cū lib.j. olei añdic-
tis cera alba sufficiēti ad ignē
efficeret cerotum esset magna
medicina qñ ad totā spinā mo
re ceroti applicet. ℣ Itē ad eā-
Lini- dē intētionē vz infrascriptū li
mētū. nimētū.℞.olei vulpini olei ca
mo.olei de lilio de spica añ.li.
ß.aggrippe z dialtee:olei ō gi
nipero de terebentina ō casto-
reo de mastice añ.ʒ.j.ß.rozis-
mari.saluie iperico. stichados
nepite sanfuci mentastri mīca
rie ab sinthij romani añ.M.j.
squinānti.M.ß.ȳmiū terrestriū
lotoz cū vino.ʒ.iij. incidant z
ꝑtūdāt herbe z bulliāt cū ole
z ciato vno vini odoziferi mal
uatici vsq̄ ad ꝓsummationē vi
ni z parū plus. Deiñ colentur:
cui colature addāt terebētine
clare.ʒ.ij.resine pini.ʒ.j.ß.Ce
re albe quātū sufficit z fiat lini
mentū q̄ oia loca neruosa liniā
tur ꝑsertim spina dorsi. Cuius
officiū est loca neruosa poten-
tissime ꝓfortare cū resolutione
z exiccatiōe materiei cōtēte in
eis. Et ꝓpterea eius opatio est
Oleuz valde ꝓficua ad vulnerū spas-
ʒ spasmū. ℣ Ēdē ꝓgatiuā etiā cuz
mum. matoni exiccatiōe et resolutiōe

ꝑdicta hz infrascriptum oleū
cuius talis est descriptio. ℞.
olei de spica olei camomillini
añ.ʒ.ij.olei vulpini olei de gi-
nipo de castoreo laurini.añ.ʒ.
j.olei de tereb.ʒ.ß. stichados
squinānti timi sīue tumuri san-
fuci roziſma. saluie calamenti
matricarie absin. abzotani se-
minis iperico añ.M.ß. accrip
pe z dialtee añ.ʒ.iij.rute.ʒ.ij.
ß.nnscis musca.cubebe garioſi
lozū cinamo.ʒ.ij.thuris.ʒ.iij.
resine pini tereb.clare añ.ʒ.j.
ß.radicū enule radicum ebuli
aliq̄tulū ꝓritarū z incisarū
añ.ʒ.iij.vermiū terre. lotorum
cū vino.ʒ.v.cōtundēda cōtun-
dant grosso mō:deiñ bulliant
ola simul cū lib.j.ß.vini odozi
fe.vsq̄ ad cōsummationē vini:
deiñ colentur z cū eo loca ner-
uosa actualiter calido linient:
nā eius opatio aduersus spas-
mum vulnerū neruozū est val-
de ꝑficua:exiccādo em̄ z cōfor
tando loca neruosa mirabiliter
materiā facientem spasmū re-
soluit. ℣ Itē facta illinitiōe mē
bzozū statim vtilissimū est pa-
tientem pelle castrati nouter
ex coziati inuoluere. ℣ Aut loco
ema pelle vulpina z erit meliꝰ
si cū cōmoditate reperiri pote
rit per diē naturalē pannis cali
dis pellē calidā detinendo: qz
in isto casu est multū proficua.
℣ Fortius etiā añdictis auxi-
liūs:z cū maiozi cōfortatiōe est
oleū bñdictū ꝑsertim vngēdo
cū eo caput z nuchā:cuiꝰ oꝛdi-
natio ōscripta repiꝫ in antido-
nāo de oleis. ¶Et nota q̄ hoc
oleū aduersus spasmū ō reple
tiōe a vlnere neruoz euenientē
crede mihi ē medicīa magna.
Et ꝓpterea in necessitate illuc

Inuo-
lutio
pelle
castra-
ti.

Oleuz
bñdi-
ctum.

Nota.

Digitized by Google

Camera. recurr. Camera ꝓterea habitatiõis laboratis spasmo caliõ. z sicce nature esse dz calitate thẽpata aromaticis lignis z herbis mũita: sicut saluia rotematimo: lauro ginipe. z currẽtib⁹ eoꝝ cursu. ℣ Dicta ꝓterea in ꝑmis dieb⁹ ỏclinat ad calz z sic. Sit tñ aliquatulũ tenuis. Et eo maxie i tetano spasmo. ℣ Et ꝑ potus pterea i potu aq̃ mellina cũ decoc. salnie z parũ ꝑsũ parũq; cina. i isto casu facit ad ꝓpositũ. ℣ Panatella q̃z i brod. columbi silue. cũ ruta z saluia minutissime icisis z desup more spẽrũ i positis hz i isto casu maximã virtutẽ. ℣ Qua sikr cũ eisdẽ herbis sũpta ẽt vtilr conceduntur. ℣ Uinũ ẽt odorifc. limphatũ cũ aq̃ mel. z eisdẽ herbis sũpũ interdũ ꝓcedit põt: qz facit ad resolutionẽ materie z hũi. eknee in q̃b⁹ spasmus ghari solet. ℣ Cicera q̃z decocta cũ saluia calamo. zingano serpil. z ruta z eoꝝ brodiũ cũ vtilitate ꝓcedunt. ¶ Sup caput vlteri⁹ z nucha ꝑ ꝓforatiõe cerebri z nuche ac neruoruz veniẽtiuz ab eis nõ nisi vtilissimuz ẽ cerotũ iponere eugenij: vez sup coronali z sagittali cõmissura et origine neruo. nuche q̃ est sup collo. c. de cero. et vnguẽ. i antidoario. nro descriptũ: ei⁹ operatio i spasmo est valde vtilis. ¶ Et qz sp ad spasmũ sequunt accẽtia valde ꝓpetuosa: sicut strictura ãhelit⁹ q̃ ẽ necessari⁹ ad vitã: denegatio vrine: ventris stipticitas quorum cura. si gillatim dicẽt. ℣ Nam si vẽter fuerit ỏstipatus enematib⁹ emolliẽtibus z feces educentibus ꝓcedẽdũ est: de q̃b⁹ i antiquo. c. singulare faciem⁹. ℣ Si⁹ q̃z si denegatio vrie fuerit i cã cuz ꝓuocãtib⁹ vtinã ꝓcedat de q̃b⁹. c. ꝓpo z i li. ỏ simpli. medi i plib⁹ simpli. ad hãc itẽtionẽ diuersas receptas ꝓposui. Memorandũ si strictura ãhelit⁹ cũ spasmosociata fuerit: vtilissimũ ẽ ỏdze iniere i oze loc. ordiatũ i ãti. nro spasmo. c. ỏ firu. nñ ei⁹ opatio est valde vtil. ℣ Pect⁹ silr et oi camo. hircino amig. dul. z pigue. gallina cea limiẽdũ ẽ. Et qz fili ista egritudo spasmi ẽ frigide z hũi. cõplonis. iõ si spasm⁹ fuerit sine febre prudẽtissimi medici ẽ febriculã sup spasmũ iducere: qz sua caliõ. iterdũ curat spasmũ. Et ꝓpter hyp. ỏ meli⁹ ẽ febrẽ hypo. i spasmo fieri q̃ spasmũ i febre supuẽre. ℣ Utilissimũ ẽ ꝓterea q̃ hora porismi teneat patiẽs baculũ ira dẽtes ỏ ligno salicẽ ne hora porismi et motiõis lacertoꝝ ligua a dẽtib⁹ laceret. Cura ¶ Curatio ỏo spasmi de inanitiõe a curõne spasmi ỏ repletione spasmi ũ dicta penit⁹ ẽ aliena. Nã ei⁹ cã siccitas ẽ hũiditatis substãtifice ꝑsũptiua. Spasmi ỏo de repletione (vt superi⁹ dixim⁹) est ipa mã ꝓiucta neruũ ꝓlẽs. Et ꝓpter i isto casu nerui abbreuiabunt ꝟz lõgitudinẽ z ꝟz latitudinẽ dilatank. In spasmo ãt ỏ inanitiõe ꝟz vnũquẽq; nerui abbreuiãt nec ẽremẽtũ accipiũt. z ꝓpter ỏz tetan⁹ spasm⁹ ñ si totũ tenẽs: qz nec a dextris nec a sinistris flectũt nerui imo lõgitudinaliter z recte extẽdunk. ¶ Cura dinemitaq; spasmi de inanitione effi cuz reb⁹ hũectãtib⁹ et refrigerãtib⁹. Et ꝓpea balneuz ifra dicendũ scriptum summopere vz. R. fol. tatem. mal. z viol. añ. ỏ. ij. semis cito. Curõnioꝝ z pslij. añ. ʒ. j. semis mal. Balneuarũ z altee añ. ỏ. j. radicũ alium pectee aliquãtulũ ꝓtritarũ. li. j. oz. miliar.

Cerotum Eugenij.

Accidentia spasmi

Nota de fomosociata

Digitized by Google

dei mūdi. M. iij. pomoz apioz nu. xx. bulliāt oia sīl in brodio gallinaz vl pulli z paz lact z capit z vituli ac pedū ei⁹ vsq; ad p̄sūmatiōem tertie p̄tis. Deiñ oib⁹ colatis in p̄dicta colatura pariēs balneet p paululū tp̄is ipa non mlt̄um calida exīte.

Aliud balneū. ¶ Balneū ḡz cū lacte capno vel ouino vl vacc̄io p̄fectū i isto ca su a doctoz⁹ plz laudaī: fctō balneo vtilissimū est totā spinā oēsq; iūcturas illimire i fraspto

Linimētuz. linimēto. R. olei vio. ℥. iiij. olei amigd. dulciū pinguedis gaīs ne medulle cruriū vituli. añ. ℥. vj. pinguedis vituli pinguedis hedi. añ. ℥. r. bulliāt oia sīl. cuz li. j. decoctionis balnei añdicti vsq; ad p̄sum. decoctōis: deide colēt z vtere. ¶ Regimē ḡz p sui comestiōe z potu ad frigidū et humidū declinare dz. ¶ Pro

Regimen. Prono sticatio. nosticatio de spasmo in neruo. vulnere a spasmo euenīcti ex vulneribus neuoz raro euadit hō. Quāobrē optime dicit hy

Hypo. po. aphorismoz. Spasam⁹ in vulnere mortale. Dicit mortale ex plurimū. Qō autē egritudo ista sit mortalis z valde piculosa i vulnerib⁹ p̄bat. Nam spasm⁹ est egritudo p̄hibens anhelitū q̄ est necessari⁹ i vita z sine q̄ hō dinti⁹ viuere nō p̄t: vt p̄z p̄sideratī vtilitatē talis anhelit⁹ de mōstratā. c. de anatomia cordis et pulmonis. Dico

Nota. isīp ipsaz egritudinē exitialē eē: qz ei⁹ lesio non efficit sine lesiōe cerebri. Lesio aūt fctā i cerebro ē piculosa pp cōitatē quam habet cerebrum cum ceteris p̄riculis; tot⁹ corp̄is. Ceterū spasm⁹ de ianitiōe raro vl q̄si nūq; curat. Tñ a cura añdicta z rōnabili ñ ē recedēdū: qz interdum nā opatur q̄ medico impossibilia videntur. ¶ Et deo dante ꝛc.

¶ Capi. xvij. De paralisi et eius cura. C. xvij

Cura paralisi

CUratio palisis multas hz ītētiones quas dñis phīsicis dimittem⁹: qz p maiori p te ptigit palisiz eue nire a cā corpali. Igit ei⁹ curō ad eos ptinere vī. tñ qz sepenūero h̄ accidēs i vulneribus nerozū z capit z ptigere solet. Jō de ei⁹ remotiōe p localia ali q̄d dicem⁹. In ceteris aūt p cō plemēto curōz recursū hre potes ad Mesk. q̄ euāgelice ō hae mā tractauit. ¶ Ut igit ad actū practicū veniam⁹ dico q̄ oia in genia q̄ descripta sunt i añti ca plo de cura spasmi huic curōi

Mesk. queniētissime p̄nt admīstrari: q̄re p tua neccitate doctrinā p̄ noiari capli reuide. ¶ Unūpter ea sup hac mā nō est; p̄termittē dum. Et est q̄ oleū magfale de

Oleū. scriptū in antidotario nr̄o. c. de oleis vocaī oleū balsami inter cetera remedia p̄cipatū i isto casu obtīet reyr. Cōsīlez ḡz me

Aliud Mesk. dicinā descripsit bon⁹ Mesk. ca plo p̄prio. cuius hec fuit ordinatio. R. mirrhe electe aloes epatice spice nardi; sanguinis drachonis thuris mumie oppo ponacis bdelij carpobalsami croci masticis gūmi arabici storacis liq̄de storacis rubee añ. ℥. ij. ß. masci. ℥. j. tereben. ad pōdus omniuz misce hec oia cuz terebentina addendo succum herbe paralisis: z cum magna diligentia in vase vitreo elambicetur mixtura ista z cum elā bicata fuerit q̄ō exierit reseruetur in vase vitreo cū cera bene obturato:

Digitized by Google

obturato: ꝛ cū ꝓdicto liq̄re mē-
bra palitica ꝛ origo nuche linā
tur: q; ei⁹ opatio mirabilis est.

Deco-
ctio ad
parali
sim.

¶ Itē decoctio valde vtilis ad
quāq̄ paliſiz. ℞. radicū liq̄
ricie. ʒ. vj. mētaſtri. M. ij. floris
roziſma. M. ſ. ſalnie. M. ß. her-
de paliſis ſiue muſcate ſc̄nāti
añ. paꝛ cum aq̄ ſufficiēti abſin
thij feniculi roziſma. ꝛ ſalnie
bulliāt i vaſe vitreo vſq; ad ꝓſū.
medietat̄: deide colenḟ cui co
latute addāt melꝛ. ʒ. iij. ſiru. ō
duab⁹ radicib⁹. ʒ. ij. ſiru. de ſti-
chados. ʒ. ſ. ꝛ ß. et itez bulliāt
paꝛ ꝛ vtere ſero q̄n itur dormi
tū ꝛ in auroza moze ſirupi. ꝛ ēt
laboꝛāntib⁹ ſpaſmo hūido optī-
ma ē medicia. ¶ Balnea ꝙz i añ
ti ca. ꝓmemozata i cura ſpaſmi
de repletōe huic curatiōi vtilꝛ
ꝑnt admiſtrari: q̄re ꝓ tua ne-
ceſſitate illuc recurre. ¶ Et ſic
deo dante ꝛc.

balnea

Capi.
xviij.

¶ Ca. xviij. De curatiōe ſagit-
tarū ſpine ꝛ aliox cōſimilium.

Ccidit plerūq; i vna
q̄q; coꝛpis ꝑticula ſa
gittā: ſpinā: fruſtum
ligniꝛ ſi ꝛta retineri.
Pro quaꝛ curatiōe

Cura-
tio.

duabus intentionib⁹ ꝓceditur.
Pria i ingenio eaꝛ eſectōis cō
ſiſtit. Scda vltia ītētio ē circa
curationē vulneris ab ipa ſagit
ta cauſati. ¶ Quātū ꝓ ꝓpleme-
to ꝓme intētionis dicoq; ꝓudē
tiſſimi chirurgici eſt ꝓſiderare
locuz vbi infra eſt ſagitta ꝛ na
turā ipſi⁹ ſagitte. Nā ſi ſagitta
fuerit i mēbro carnoſo velut in
brachio coꝛa tibia: et ſi fuerit
barbularꝛ: ſagitta cū haſta ſeu
fuſto: tūc nō incōmodū eē puto
ipſam penetrare facere ex alia
ꝑte ex qua penitꝛ extrahaḟ: qꝛ
rōne barbularꝛ ſagitte ex oꝛifi

prima
ītētio.

cio per q̄s ſuꝛ habuit ingreſ-
ſum nō poſſet extrahi ſine mꝛte
carnꝫ multarūq; venaꝛ ꝛ pāni
culoꝛ laceratiōe ꝛ forꝛaſſe i ſui
extractiōe feꝛꝛ int⁹ remaneret
q̄s eſſet valde incōueniēs. ¶ Si
vo ſagitta int⁹ remāſerit: ꝛ ori
ficiū ſit adeo ſtrictuz q̄ cū tena
culis fabꝛicatis ad iſtaꝛ roſtri
gruis aut alīs inſtīs totcula
riꝛ ekhi nō valeat: tūc incidaḟ
loc⁹ vſq; aſt ſagittaz. ¶ Eodēq;
mō dico eē ꝓcedēdū ſi fuerit ſi
ꝛa in oſſe. ¶ Et nota q̄ iciſio ꝗ
to citius fiat tanto meli⁹ ꝛ ſecu
ri⁹ a nocumēto aꝑatis. Et cām
ꝓſidera. Nā q̄n incidit vulnus
recēs ſanguinolētū loc⁹ nondū
eſt dolore vehemēti alteratus:
nec etiā ab humoꝛib⁹ aꝑat⁹: qꝛ
nōdū cucuꝛꝛeꝛt ad locū. Et iſto
mō inciſio dūmō ſit abſq; neꝛ-
uoꝛuz ꝛ venaꝛū leſione in eodē
tpe facta tutioꝛ erit ꝗ fctā loco
exiſtēte doloꝛoſo ꝛ aꝑoſo. ¶ Fa
cta incīſione ꝓ poſſe cū aliq̄ ex
ꝓnominatis inſtīs ſagitta pti
n⁹ extrahenda eſt. Deinde loc⁹
oleo calido ꝛ vitellis ouoꝛuz
bis in die infundaḟ. Nonnulli
medicoꝛū ſūt q̄ in extractione
ſagitte ꝛ ſpine aut ſimiliū iu-
bent ꝓ aliq̄t dies ipſaz oleo ro
ſato calido mollificaꝛi: deſuꝑ
attractiua ponendo: deinde ve
niūt ad ferramenta ꝛ incīſionē.
Qua de re iudicio q̄dē meo vt
experiētia nobis ſepenumero
demōſtꝛauit male et mordinate
agūt: q; loc⁹ eo tpe ſp eſt doloꝛ-
oſus ꝛ plenus humoꝛibus: q̄s
ſic nō eſt a ꝓncipio. In eodez
tpe locus alleuiandus ꝛ non
alterandus ſeu eraſperandus.
¶ Eadē curatio feꝛe debet ha-
beꝛi i extractiōe ſpmeꝛ rei ſibi
cōſimilis. ¶ Unum tñ tibi cōme-

Nota.

Ad ex
hendā
ſpinā.
Nota.

Digitized by Google

moꝛãdũ puto:q extrahim⁹ ſpinã iã putrefactiõe ſecuta ponẽdo tinctũ longitudinis q̃ poſſit locũ ſpine attigere illinitã puluere nr̃o carnis male remotionꝛicta vr⁹ ſaliua madefactaꝛ cui⁹ offiũ eſt ſanie in loco ſpine gñare:ꝛ ſic irerdũ i exitu ſanioſitatis ſpina aut fruſtũ ligni ad oꝛificiũ vulneratiõis peruenit.

Attractiua ſpine.

¶Multi ſunt et q̃ ad extractiõ nẽ p̃dictoꝛũ laudãt attractiua ponere. De q̃ꝛũ forma (vt hꝛ a Bruno ꝛ Theodoꝛico) ifraſcripta recepta p̃m laudaꝛ. R. ſuci radicis arũ. ʒ. ß. diaq̃lõis gũmati. ʒ. j. ariſtologie longe. ʒ. ij. fermẽti. ʒ. r. tereb. ʒ. vj. galbani armoniaci aã. ʒ. ij. diſſolutꝛ armoniaco ꝛ galbano in ace. ola adinuicẽ miſceanꝛ ꝛ fiat ad modũ empl̃i:q̃ mirabilis c̃ attractiõis. Et ſi adderenꝛ cũ eo pigued. anatis pingue. gall. aã. ʒ. ß. erit magis doloꝛ ſedatiuꝰ.

Cura ſagitte venenoſe.

¶Et q̃ ſepenũero ꝓtingit ſagittã venenoſaz eẽ. q̃ũ de facili cognoſcit̃ p tumefactionẽ loci tendentis ad liuiditatem ꝛ nigredinẽ: q̃ꝓter p eius curatione ſtatim vtiliſſimũ erit locum ſcarificare ſcarificatiõe p̃funda. Aut ip̃m locũ cãdenti ferro. Et erit meli⁹ ad modũ ſcarificationis cauterizare intim q̃ ſagitte venenoſitas penitꝰ videaꝛ iterfecta. ¶Etiã ſi loc⁹ ad cãcrenoſitatẽ pueneriꝛ:vt plerũq̃ vidimus et ab ipa ſcarpellatiõe et cauterizatiõe p̃dicta cãcrenatio nõ poſſit remoueriꝛ:to tã coꝛruptionẽ cãdenti ferro oꝛdie añdicto ſcarificare nõ niſi vtiliſſimuꝫ eſſet. Vuln⁹ deinde vſq̃ ad remotionem eſchare ſi

Scõa ꝛetio.

cut cetera aduſta vlnera curandum eſt. Secunda ꝛ vltia intentio que circa curationem vulneris vſaꝛ ꝓpr̃ eiſdẽ auxilijs ꝛ q̃bꝰ locuti ſuim⁹ i vulneribus a capite vſq̃ ad pedes. ¶Igit̃ ſi ſagitta fuerit in capite ad cap̃m de vulnere capitis potes hꝛe rẽcurſuꝫ. ¶Cõſequẽter dico de ceteris mẽbris vulneratis:prout in eoꝛuꝫ propr̃ijs capitulis continetur dico eſſe p̃cedendum. ¶Et ſic deo dãte ꝛc.

Cap. xvij.

¶Cap. xvij. De perforatione vulnerum:ꝛ de regimine vulnerum habentiũ apoſtema.

Ontigit ſepenũero i q̃cũq̃ pte corpis hominez vlnerari: cui⁹ vulnerationis oꝛificium plerũq̃ ineptũ remanet ad purgãduz ſanioſitatẽ vez i ſuperiori pte mẽbri:ꝛ p̃ funditas ei⁹ in pte iferiori:hꝛe neceſſariuz eſt ipſum ampliare vt facilius materia expurgari poſſit. Secus autẽ faciẽdo i cauernoſum vlcus ꝛ fiſtuloſuz in poſteruz de facili tranſire põt. ¶Vt ergo huic incõueniẽti obuiet̃:(vt iubet Aui. capto de p foratiõe vulnerũ) vuln⁹ incidere ſiue perforare neceſſariũ eſt cuius oꝛificiuz (vt ſupra dictuz fuit.) nõ ſit aptuz ad purgationem ſanioſitatis. Vuln⁹ deide ampliatam aliozũ vulnerũ curatione curandum eſt:vez q̃ ſi contuſuz fuerit ſeu ab aere alteratuz ꝓtuſi vulneris curatiõe curatur ꝛ ſic in eius cura p̃cedẽdum eſt:prout.c. de vulnere carnoſo dictũ fuit:hꝛe nẽcitate vigente p complemẽto p̃ntis. c. ad p̃allegatũ cap̃m recurſuz habeas. ¶Cõtigit ꝓterea multoties vulnus ap̃ari:ꝓ cuius curatiõe recurrendum eſt vt in quit Auic. ad cap̃. de regimine

Nota Aui.

Aui.

vulnez hñtiũ apa:qz vuln⁹ cu rari nõ põt nisi pri⁹ remoueaꝛ apa. Que remoto apatis sp eẽ dz cũ alleuiatiõe doloꝛ. ℣ hoc q̃dã: (vt inq̃t ꝓfat⁹ vir) cõpleꝛ cũ eo in q̃ ẽ exiccatio z ifrigidatio i pncipio z mollificatio i scõo. Inq̃t. Et qđ est ꝓpriũ i hꝰ casu i oi mẽbro a capite vsq; ad pedes cũ cõitate sui inuamẽti ẽ vt sumaꝛ granatũ dulcez õco quaꝛ cũ vino põtico: deide opti me pistato cũ eo locus empleꝛ

Nota. In hoc amice pside rãda est va apatis essentia vez an herisipila: an flegmõ: an vndimia. Aliter em curaꝛ vndimia lz sit de raro ptingẽti q; i vulneribꝰ genereꝛ vndimia. Aliꝛ curaꝛ herisipila. Et aliꝛ flegmõ. Quare si cũ vulnere cõpliceꝛ herisipila curatõe herisipile cureꝛ. Si cũ flegmone flegmõis. Si cũ vndimia vndimie curatiõe pcedẽdũ ẽ. Quare p necessitate ista rũ disposition ad põdicta capitula recursus habeatur.

C. xix. ¶ Capũ. xix. De mõ z qualitate ligandi vulnera z vlcera.

Lanũ ẽvt i vestigijs antiquoꝝ repiꝛ chirurgicũ opꝰ triplici ligaturaꝝ gñe indigere. ℣ Una ẽ q̃ ligatura incarnatiua. Que ex duobꝰ capitibꝰ ꝓstat. Et vz i vulneribꝰ z ossiũ fracturis. ℣ In q̃ bus itẽtio ẽ ptes vnire solutas

Ligatura ex pulsiua. ℣ Alia ẽ q̃ expulsiua vocaꝛ. Et ista ꝓprie administraꝛ i vlceribꝰ cauernosis i qbꝰ itẽtio ẽ sanie versus eoꝝ orificiũ dirigere.

Ligatura retẽtiua. ℣ Tertia z vltia ẽ q̃ medicinaz retẽtiua appellaꝛ. Et ista ẽ cõis ligatura iterdũ vulneribꝰ vlcẽtiua, ribꝰ apatibꝰ fracturis z dislocatiõibꝰ, Ligatura nãq; incarnatiua sic administraꝛ. Habeas q̃ primo bidã seu fasciam ex duobꝰ capitibꝰ inuolutã: deinde ducaꝛ ex op posita pte loci cũ vno capitez er altera pte cũ alio: icipiẽdo ꝑ ferioꝰ gradati ipaz ducẽdo vsq; ad locũ vulneratũ z parũ plus aliquãtulũ stringẽdo. Et Nota. no. q; vna pars hmõi binde dz tẽdere deorsuz z alia sursuz capiẽdo de pribus circũiacẽtibꝰ quãtũ expedire videbiꝰ sup locũ lesuz parũp magis stringẽdo ꝓ in aljs ptibꝰ circũiacẽti bꝰ: nimis tñ strictura euitãdo: ne locus apeꝛ: z nimiã relaxatiõẽ bide: qz i vnione solutarũ bonũ nõ faceret officiũ. In hoc em mediũ tenuere bti vez nec nimis stricta nec nimis laxa. Celebꝛata ligatura mõ q̃ supra dictũ ẽ: capita hmõi binde suanꝛ. hoc etem ingeniũ fuit Sale. Sal. vs. terapẽ. Ad eãdẽ itẽtionẽ vz igeniũ nre icolature tradituꝫ. c. de vulnere faciei: qz cũ eo ptes solute absq; doloꝛe vniunꝛ. ¶ Ulteriꝰ habemꝰ scõz genus ligature expulsiue q̃ vulneribꝰ (vt dictuz fuit) cauernosis sũmope opitulaꝛ. Aliq̃n materiã de pte inferiori ad supioꝛẽ cõducẽdo. Et interdũ de supiori ad inferioꝛẽ ptẽ ipam materiã deriuãdo. Et hec ligatura Nota. efficiꝛ cũ bida ex vno capite tãtũ bindata: Incipiẽdo ligaturã ab extremitate mẽbri vlcerati satis stringẽdo paulatim do nec ad orificium vlcerationis peruenerit. Cumq; vero ad orificiũ peruenerit ligatura aliquantulum magis remissa esse dz: ad hoc vt materia faciliori modo ex vlcere expurgari possit. Quantũ igitur vtilitatis sit hmõi ligatura in ꝓnominatis

Mod⁹ scõe.

Digitized by Google

Mod⁹ terne.

vlcerib⁹ vir ille sapit qui nihil ignorat. ¶ Tertiū z vltimus genus est ligature medele retētiue. Et ista ligaturaz tm̄ ad retinēdū medicinas: p̄serti oīb⁹ i ptib⁹ in q̄b⁹ nō p̄t fieri strictura: nec aliq̄d gen⁹ ligatōis. Et ista loca sūt velut collū gula vēter z i oīb⁹ aḡatib⁹ z mozb⁹ dolore laborātib⁹. ℣ Que dicte ad hāc itētionē (vt i q̄t Gal.) sint late z lōge ex nām mēbroz: z de pāno lenivet membra ab eis nō exasperenť. In hac eñ opatione p̄z muat ingeniū boni medici: z p̄ticātes vidisse laborare. Iunat ēt i hoc (vt in q̄t Gal. iij. terapē.) hr̄e scientiā z nām spasmationis membroz vlcerationum. ℣ Et sic deo dante ꝛc.

Gale.

C.xx.

¶ Cap. xx. De medicinis incarnantibus vulnera: z generantibus carnem in eis.

Licet capko vl nerf carnoso ō q̄l: tate icarnātiū medicinarō ex vnū q̄dq̄ corpus z opkonē nālez mēbroz incidenter satis dictū sūt: tamen ad ampliozem z luciozem doctrinam visum est mihi capitulum de medicinis carnis generatiua z vulnerum cōglutinatiua in p̄sentiarū edere.

Medicia carnis generatiua.

¶ Medicia itaq⁹ carnis i vlneribus z vlcerib⁹ gnatiua z vulnerū cglutinatiua est illa tēperate. Aui. c. iij. de medicamine facīte nasci carnē i vulnerib⁹ q̄ virtutē hz coagulādi sanguinē in carne. Et hoc fac̄ūt medicine q̄ hñt vtutē in p̄mo gradu exiccatiuā aut pauꝑ plus vez in p̄ncipio scōi. nā si exiccatio medicine incarnatiue fuerit vehemēs (vt ipse in q̄t) p̄hibere sanguinē ad locū declinare q̄p̄ter caro nō habebit materiā. Sik ēt si fuerit cū abstersione vehemēti: facit sanguinē cursibilē ip̄m liq̄faciendo: z iō cōsumit materiā p gnatiōe carnis: ℣ Medicina g carnis gnatiua talis cplonis i vulnere eē dz q̄ p̄seruet cplonē mēbri: z non vt destruat eā. Iō dicit Gal. iij. de ingenio sanitat. opz te custodire ip̄ cursum nature dū ē. In oppositū ho dū nō ē ip̄z restaurare. Ibe aūt opatiōes incipiaťr fiūt opatiōe nature. Uerū cplo mixtoz mēbroz est humida: humidū ho nō p̄seruaťr a sicco imo ab ipo destruit: q̄ (vt habeť a Gal. iij. tegni.) calidiora corpa calidioribus indiget adutorijs: frigidiora frigidioribus: sicciora siccioribus: z hūidiora humidioribus ꝛc. hoc intelligēdū ē q̄ ad cplonē. Sec⁹ aūt q̄ ad motū. Nā sicut passio quātū ad curationē ei⁹ indicat iuuz. Ita cōplexio naturalis mēbri indicat suū sike: vt hr̄ a Gal. v. terapē. Sequit g̃ q̄ in vulneribus humidoz mēbroz medicamē sicū ne destruat cplonē naturalē membrorum non oportet administrare. Imo medicina humida vt cōplo naturalis membri in sua natura ab ea cō seruari valeat ministranda est.

Gale.

Nota.

¶ Sup hoc tū intelligēdū est q̄ medicina vulnerū incarnati ua minoris esse dz exiccationis respectu corpis temperati q̄ respectu corpis vlcera tēperamētū excedēťs. Et iō dixim⁹ i. c. de vulnere. carnoso. q̄ corpaz mēbra sicca z robusta z dēsa p̄ icarnatione coꝛ vulnerū maioꝛi indigebūt exiccatiōe q̄ corpaz mēbra tenella. ℣ Intenellś eñ corpoꝛi b⁹ cuz in eis acciderit vulnera

Nota.

Digitized by Google

medicina incarnatiua ꝛ carnis gñatiua vltra ꝑmū gradū transcẽdere nō dz. ¶ In corpib⁹ aūt siccis ꝛ robustis i ꝓncipio scōi medicia icarnatiua eē dz. ¶ Et ꝓpterea diuersificāt medicia i carnatiua ꝫ mēbroꝝ diuersitatē ꝛ corporꝝ ac iuxta ꝓpōnē eorū. Nā ẽm ꝙ diuerse sunt nature corporꝝ diuerseq; ꝓpones mēbroꝝ: medicine diuerse ad carnē i vulnerib⁹ ꝛ vlcerib⁹ gñandā ministrāde sunt. Nā vna medicina i ꝑmo gradu ivno corpe sicca est q̄ i alio corpe hūida eē vī. Et ꝓpterea in vno carnē generat: ꝛ in alio sanié causat: (vt exp̄sse ponit Sal. iij. de ingē. sanitatis) vcz ꝙ lz thus sit medicina sicca in ꝑmo gradu respectu corpis tēperati: nā in corpe tpato gñat carnē: ꝛ hoc nō aliā ob cām nisi ꝓpterea qz ꝑseruat ꝓpōnē ipsi⁹ mēbri remouēdo ꝛ exiccādo superfluitates ꝛ hūiditates q̄ carnis gñationē ꝓhibēt qđ ita nō accidit i corpe sicco: qz nō carnē sz sanié gñat: qz respectu ipsius est hūidū. ¶ Et ꝓpterea Sal. in ꝑalle. loco ꝓnumerādo medicinas carnis gñatiuas: ponit medicinas diuersas seu simplicia in ꝓpone: vel ut th⁹ farina ordei faria fabarū orobi: farina irios tucia climia aristologia ꝛ planta opponacis. ¶ Sequit ꝧ ꝙ medicina carnis gñatiua i vulneribꝰ sp dz eē exiccatiua vltra siccitatē naturalē mēbri. ¶ Sed qz ꝛ supi⁹ ꝑ Sal. ꝙ medicia icarnatiua dz eē talis siccatiōis ꝙ cōpōnē naturalē membri valeat ꝑseruare: hđē affirmat absolute: sed ēt dz hr̄e potētiā curādi morbū: nā medicina dz in mēbro talis virtutis ꝛ potētie administrari ꝙ naturalē membri ꝓpōnē ꝑseruet: cū potētia morbū destruendi. Et qz ēt supi⁹ dictū fuit ꝙ ꝑseruatio fit per sibi simile. Cū ergo q̄dā membra sint hūidatiōis in sua ꝓpone ꝑseruari dñt: nō a sicco sz ab humido. Ad hoc est dōm ꝙ pura ꝑseruatio bñ fit a sibi oīo. Vez in ꝑseruatiōe in ḡ morbi curatio attendit sibia tm̄ mō administrari nō dñt: sz administrari debēt medicine q̄ ꝓpōnē naturalē ꝑseruare valeāt ꝛ morbū dstruere. Et sic ꝓcedēdū ꝛ agēdū est in vulneribus. ¶ Cū ergo ꝓhibitio gñatiōis carnis in vulnerib⁹ sit humiditas. Igit medicamia dñt administrari hñtia siccitatē talē vltra siccitatē naturalē mēbri vt cū hoc ꝙ ꝑseruēt siccitatē naturalē mēbri hūiditatē vulnerū ēt exiccare valeāt. ¶ Cōclusiue ergo vī dōm esse ꝙ ēt corpore ꝛ mēbro existib⁹ humidis rōnib⁹ Galleg. medicina carnis in vulnerib⁹ gñatiua sicce cōpōnis esse dz. ¶ Ulteri⁹ circa administrationē amice mi medicine incarnatiue. Notādū est ꝙ vnū ꝺ Nota. meliozib⁹ cū qb⁹ itēdimus in carnationē vulnerū ē manutenere ꝓpōnē naturalē mēbri e naturā corpis: cū ipsa sit artifex: vt hr̄ a Sal. li. de ingenio sani. natura em̄ est opatrix: medic⁹ ꝺo minister. Oē em̄ ꝙ a natura nō facit nasci siue sit aduticiū medicine siue sit absq; ipsi⁹ auxilio cū ꝺ opationē nature. Quapropter iuuat summope ad ḡ egrotātē cōedere cibaria boni chimi gñatiua a qb⁹ sanguis laudabilis gñari valeat. ¶ Jō Aui. c. de vulne. carno. ad ꝓpositū nr̄m dicit: post q̄ tu ꝑseueris ꝓponem mēbri ꝛ solici-

Sale. Sale. Sale. Aui.

Digitized by Google

tus fueris i hoc ne attrahaſ ad mẽbrũ niſi ſanguis naturalis. Jn hoc duo ſunt intelligenda. Primũ q medicine icarnatiue ſint talis ꝓpꝛonꝫ cũ natura mẽbri q nõ valeãt ad mẽbrũ niſi ſanguinẽ naturalẽ attrahere: z hoc tã in qualitate ꝙ̃ i quãtitate: nã ſanguis peccãs tã i qualitate ꝙ̃ in quãtitate ꝓhibet vulneris icarnationẽ z ideo carnis gñationẽ vt atteſtaſ Gale. iij. z iiij. de ige. ſani. Et ſm q dicit Auic. Aui. Et ſolicit⁹ fueris ne attrahaſ ad mẽbrũ niſi ſanguis naturalis ꝛc. hoc fit ꝓhibẽdo ne materia añs corpis tranſeat do lorẽ cãre: locũ apare: z mẽbrũ a ſua naturali cõꝓlone mutare. hoc em faciẽdo tũc ad mẽbruz niſi ſanguis naturalis attrahiſ Et p añs medicina icarnatiua in gñando carnẽ z ꝓglutinãdo vlnera ſuũ ſeruabit offm. Et h Auic. fuit ſnĩa Auic. vcz ꝓhibere fluxũ ſanguinis malꝫ hũiditatis extranee. vbi ꝺ in loco ꝓalleg. Et ꝓhibitio ſanguinitatis z aNota. quoſitatis ꝛc. ¶ Notandũ eſt ẽt q iſta medicamĩa gñatiua carnis z ꝓglutinatiua vulnerꝫ z vlcerũ nõ debẽt it⁹ adminiſtrari niſi ꝑcedẽti vlcerũ mũdificatiõe z in vulnerib⁹ vbi itẽtio eſt digerẽdi: qm (vt inqt Auic. c. ꝺ naſcẽtia carnis i vlcerib⁹.) Dicit em opz vt nõ creeſ caro in vlcerib⁹ donec mũdificeſ vlc⁹ mundificatione optĩa: aut attrahaſ ad ipz nutrimẽtũ. ſ. ſanguis benigꝰ: ꝙ̃ a natura vna: cũ medicina incarnatiua caro i vlcerib⁹ z vulneribus gñari ſolet. Jgit ſubiũgẽs dicit. Cũ g mũdificata fuerit ſcz caro mala z ſanies putrida tũc elõgeſ abvlcere oẽ medicamẽ mordicatiuũ: z abſterſiuũ cũ fortitudine qualiacũq: z i q̃cũq loco ſint vlcera. Clay eſt g q medicina icarnatiua z carnis gñatiua ſaltez in vulnerib⁹ recentib⁹ abſterſiua ꝛ tute cũ mordicatiõe oio vacare ꝺz. ¶ Jn vlcerib⁹ ꝛo ꝓpter ea qꝫ ſp (vt inqt Gal.) ſunt duo Gale. gña materierũ. vna q̃dẽ ſubtilis. z altera groſſa. Jõ medicamẽ icarnatiuũ eoꝝ accõmodatiſſimũ eſt de aliqua abſterſiõe participare: z iſto mõ rõne exiccationis medicie õſiccabit materiã ſubtilem: rõne ꝛo ipſi⁹ abſterſiõis virtutẽ habebit materiã groſſam abſtergẽdi. ¶ Uiſo deniq̃ de medicina icarnatiua z ꝙglutinatiua in quo gradu caliditatis eſſe debeat: vcz ſm di uerſitatẽ corpoꝝ z ꝓpꝛonẽ mẽbroꝝ. vtiliſſimũ eẽ puto ſub forma antidotarij in mediũ addu cere receptas auxilioꝝ icarnatiũ: quoꝝ tria ſunt gña. Prima vcz ordinatio erit debilis incarnatiõis. Scõa mediocris. Tertia z vltima fortis incarnatiõis eſſe ꝺz. Prima ꝛo in vulnerib⁹ corporis tenelli. Scõa ꝓfert in vulnerib⁹ corporis fortẽ habẽtis z ſiccã ꝓpꝛonez. Tertia z vltima ordinatio erit ꝓ oib⁹ vulneribus z vlcerib⁹ vbi intentio eſt carnẽ creare ſup oſſe. Et ſic notabiſ vſ q medicina icarnatiua nõ ſolũ in. j. gradu ſiccitatis: verã etiã in ſcõo z tertio neceſſaria eẽ vſ. ¶ Exẽplũ em habemus de irios q̃ (vt aſſerũt doctores) induit oſſa carne: tamen ꝓplexio eius eſt ſicca in tertio. Primꝰ ordoin auxiliũ deſcendã. ℞. thu ris. z. iij. farine ordei farine fabarum. ana. z. ij. ſarco. mirrhe lioꝝ.

Digitized by Google

añ.ʒ.ſ.ſanguiʒ dracho̅is. ʒ.ſ. ⁊ mediam miſce ⁊ fiat pulvis. ℙ Itē. ℞. thuris mirrhe añ.ʒ.j. ſar.ordi.ʒ.iij.ſanguinis dracho nis.ʒ.ij.litargirij aurei et arg. bolita.añ.ʒ.iij.tereb.clare. ʒ.x. ſirupi roſa.ʒ.ß.ſucci plāta.ʒ.v. bul.tereb.cum ſuc.vſq; ad con ſum.medietatis ſucci:deiñ oia adinuicē miſceanť:qr mirabi lis eſt incarnationis. ℙ Itē. ℞. olei maſticini.ʒ.ß.tereb.ʒ.j. re ſine pini.ʒ.iij. maſticis .ʒ. ij. olei roſ.onfan.ʒ.x.ſuc. ꝓſolide maioris.ʒ.j.ſuc.plāta.ʒ.ß. bul. oia ſimul fere vſq; ad conſum. ſuc.deinde colenť cui colature addentur ſepi hircini ſepi caſtrati añ.ʒ.v.cere albe q̄tū ſuf ficit ⁊ fiat vngm̄ molle:adden do thuriʒ pulueriʒati.ʒ.iij.⁊ ß.

Scōs ordo. ¶ Scōs ordo talis eſt. ℞. mirrhe ſarc.añ.ʒ.iij.thuriʒ maſticiʒ aloes epatici.añ.ʒ.ij.⁊ ß.miſce ⁊ fiat pulvis. Itē. ℞.tereb.ʒ.ij.ſi rup.ro.meliʒ ro.añ.ʒ.ß.ſuc.plā ta.ʒ.vj.bul.tereb.cū ſucco pa rū.deiñ addāť reliq̄ cū modi co croc. Itez. ℞.mirrhe thuris ſarco.añ.ʒ.j.farie volatil.ʒ.ij. maſticis coloph.gum.elimi.ʒ. ij.croci aloes epatici.añ.ʒ.ſ. ſāg.drac. ℞reſiʒ.ʒ.j.ß.miſce et fiat pulviſ. ¶ Itē. ℞.reſine pini coloph.añ.ʒ.vj. gūmi maſticiʒ añ.ʒ.ij.tereb.ʒ.x. cū cera alba ſufficiēti fiat vng.addēdo thu ris maſti.mirrhe añ.ʒ.j.ß. miſce.

Terti⁹ ordo. ¶ Terti⁹ ordo talis eſt. ℞. paucedinis.ʒ.ß.irios.ʒ.v. mir rhe.ʒ.iij.cēturee mioris ⁊ ma ioris añ.ʒ.ij.ariſtologie rotun de:tucie:oppoponaci:ſa. croci bi.añ.ʒ.ij.ß.⁊ fiat pulvis q̄ mi rabilis ē opatiōis i corpoꝛib⁹ robuſtis ⁊ i generādo carnē in oſſib⁹. ℙ Et ſi vis ex iſto pulve re vngm̄ ꝓſicere facias ſic. ℞. tereb.ʒ.j.mellis ro.ʒ.ß.bul.pa rū:addēdo pulueris añdicti.ʒ. vj. ℙ Itē. ℞.tereb.ʒ.ij.reſi. pi ni maſticiʒ añ.ʒ.ß.cerejnoue.ʒ. j.olei maſti.ʒ.x.bulliāť parum ad ignem addēdo de puluere antedicto.ʒ.v.ſucci irios.ʒ.ij. qr mirabilis eſt operatiōis ad antedictā intētionem. ℙ Multa remedia amicemi incarnantia in mediū adducere potuiſſem: tñ in ea tñ adduxim⁹ anteſcri pta q̄ cū honore ⁊ vtilitate ex perti ſumus.

¶ Capitulum. xxi. De modo ⁊ qualitate tentarum ⁊ lichinio rum atq; plumaceolorum.

C.xxi. ¶ Um euidēs ſit i cu ratiōe vulneꝝ ⁊ vlce rū plerūq; nō ſolum tētaꝝ ⁊ lichinioꝝ gña:veꝝ etiam plu maceoloꝝ neceſſaria ſunt. Igi turviſum eſt mihi ſub breui ſer mone ad āpliorē doctrinā vul nerū ⁊ vlceꝝ de eoꝝ qualitate capl'm cōdere. Interdū cñ. in vlceribꝫ cauernoſis vbi ligatu ra fieri nō poſſit:vt in māmilla inguine ſub aſſella ⁊ in quacū q; corpoꝛis parte a furcula vſq; ad inguina cū ligatura conue niētiſſime adminiſtranť pluma ceoli:quoꝝ aliq̄ ſunt triāgula ti:aliqui quadrati:aliq̄ de ſtup pa:aliq̄ de bōbace:⁊ aliq̄ ō pe tia linea:⁊ iſti ceteris ſunt me liores. Interdum cñ. ſunt ma defacti ⁊ aliqñ nō. Et plerunq; infundunť ex albumine oui cū oleo roſa.cōquaſſato. Et ꝫ effi citur infracturis in quib⁹ intē tio eſt cōſeruare oſſa reſtaura ta in ſuo ꝓꝓrio loco ſine do lore et apoſtemate. Aliquando etiam acęto ⁊ aqua roſata ſunt

Nota de plu maceo lis vti litatē.

Digitized by Google

malefacti: ad hoc vt nō valeāt mēbrū calefacere. Nōnūq; infundunt vino decoctiōis ro. ab sinthij stichados sq̄nati nucū cipressi balaustiaꝝ rosarū. mirti. vt ꝓfortēt mēbra vltra eoꝝ vtilitatē q̄ est saniē ad orificiū vlceris reducere. Sūt aliq̄ pluma ceoli ō pluma fabricati aut de bōbice sicci ad ꝓseruādū calozē nālē mēbri. Interdū insup efficiunt ō spōgia aut de stuppa lini ad modū faldellaꝝ ad ibibēdū sordicie ⁊ saniē vlcera

Nota de tēta

tionū. ¶ Tēta siue liciniū eo dē mō ad opꝰ chirurgicū i vulnerib⁹ ⁊ vlceribꝰ nō solū vtilis esse vꝺ: verū ēt ꝓ eoꝝ curatiōe necessarissima est. Et ꝯ i ꝑmissis ad saniē purgādā. Scōa ad orificiū vulneratiōis ⁊ vlcerationis aptū detinēdū. Et demum cū vtilitate sui inuaměti admistrak in oib⁹ vlceribꝰ ⁊ ꝑfundꝫ vbi intētio est saniē multā purgare: ⁊ carnē deide gñare. Utiliter etiā administrak i oībus vulneribꝰ ꝓtusis ⁊ alteratiuis ab aere aꝑosis: ⁊ nouiter i vlceribꝰ siue vulneribꝰ ab aliqua exitura cātis. Cōueniūt insup in oib⁹ vulneribꝰ et vlceribus vbi intentio est os remouere. Ista em̄ licinia ⁊ tincte sumūt diuersitatē ab effectu et fine ꝓ qꝺ fiunt. Quedā certe fiūt ad mūdificāda vulnera velut sunt licinia carpinata lenꝫ ⁊ suauis pāni ⁊ ꝑsertim veteris. Quedā sūt ad tenēda labia apta: ⁊ ista efficiūt ō stuppa aut de petijs aut de bōbice: vt ꝓcipit Rasis. Quedaꝫ sunt cannulares: ⁊ iste sunt ad purg. mām. vbi ē timor de retentione alicui⁹ materiei. Iste sunt interdū de plumbo: aliq̄ de pēna: aut de argento. Nōnūq; efficiūt de folijs caulij aliquātulū exiccatꝫ. Et iste tincte mirabilē hñt ꝓgatinā i vulneribꝰ cauernosis ꝑsertim māmillarū. Tincta q̄ꝫ de ditamo exiciato ad hāc trēctionē ēt vtilr admistrak. Accōmodate ēt vtilr admistrak ticta ō cucurbita exiccata aut solē ad modū corrigie: ⁊ ista ē melior ⁊ securior oib⁹. sunt ēt aliq̄ ad ꝯpliādū orificiū: velut tincte de ditamo ō medulla meligatia. Ista sunt gña plumaceoloꝝ et tentarū q̄bꝰ vtunt bōi chirurgi in curationib⁹ vulnerū ⁊ vlcerū.

¶ Ca. xxij. ō mō sūcdi vlnera.

C. xxij modi sutura rum.

Suturaꝝ gña q̄bꝰ in vulneribꝰ boni chirurgici vtunt varia sūt. Nā vna ē sutura q̄ pellipariorū sutura vocat. Et ista i vlneribꝰ ꝺtestinoꝝ admistrak: de q̄ i cap. de vlneꝝ ꝺtestinoꝝ mētione faciem⁹. ¶ Alia sutura ē q̄ efficit cū acu ⁊ pōtarolo ponēdo acū de vna ad alterā ꝑtē inolnēdo filū ab vna ꝑte acus ad alterā sicut mulieres ⁊ sartores faciūt i custodiēdo ac⁹ fiūt eas i alijs ꝑte sue vestis. Et ista sutura cōuenit i labijs oris ⁊ i oib⁹ ꝑtibus corꝑis vbi timek sutura nō posse ꝺseruari ꝑp teneritatē loci. ¶ Alia insup sutura ē q̄ vulneribꝰ ab oib⁹ practicātib⁹ ꝑkimū ꝺtik in vsum: q̄ efficit figēdo acū de vno labio ad alterū ꝑfunde ⁊ superficialiter ex nām vlneꝝ ⁊ mēbroꝝ dispositionē. In carnosis em̄ mēbris vlneꝝ erite ꝑfundo sutura ꝑfunda debet fieri. In neruosis vo locis ne neruꝰ pungat ꝑfunda sutura euitāda est. Deiñ stringatur vna pars fili cum altera

Digitized by Google

ipsum filum nodando. Quo facto incidaꝫ filum ꝓpe nodū p digitū. Inter pūctū ꝛ pūctū p distātiā vni⁹ digiti spaciuꝫ relinquēdo. Et sic successiue suēdo ꝓcedaꝫ: donec ad extremitatē vulneris pueneris. In declinioꝛi tñ loco semp aptū ozifi ciū dimittēdo vt liquoꝛ ꝛ materia vulneris p ipꝫ purgari valeāt. De ista ꝯ tertiaꝛ pellipariozꝫ sutura cū ad capka ꝺ vulneribus mēbꝛozū simpliciū et organicozuꝫ puenero tibi pleniozē notitiā dabim⁹. ¶ Adsunt ꝓterea alij suturaꝛ modi q̄ cuz in tēpestate nr̄a nō ꝓtantur in vsu ꝓpt̄ puā eoꝝ vtilitatē. Illos ergo breuitatis gr̄a ꝛ bōa de cā. cōticescā. ¶ Et sic deo ꝛc. ¶ Tracta. ij. libꝛi. iij. de vulneri⁹: habens capitula quinq⁹. ¶ Capi. j. De casu ꝛ offēsiōe: ꝛ ꝺ eoꝝ cura: ꝛ de ꝓtusiōe musculozum ꝛ lacertozum attritione. Ca. j.

CAsus vtiq⁹ et offensio vt in antiquozū ꝛ modernoꝝ dictis inueniť dr̄ia manifesta admicē differunt. et hoc nō solū ꝺbo ꝺbum etiā signato differre videt̄ur. ¶ Cōtusio nāq⁹ cōit hr̄ p solone i carne cāta. Attritio ꝺo accidit i capitib⁹ lacertoꝝ. Jō q̄n accidit lesio i medio lacertoꝝ ꝓpterea qꝛ ꝑm ibi sūt carnosi cōtusio vocať. Q̄n ꝺo in extremitate eoꝝ accidit pcussio cuz vulnere a re ꝓtūdēti tūc attritio notať. De ḡrū curatiōe satꝫ i subsequēti. c. dicem⁹: ad q⁹ necessitate vr̄gēte recursū hēas: qꝛ ibidē ꝺ ꝓtusiōe musculoꝝ et attritiōe lacertoꝝ vtilē faciemus ꝑmonē. hic ꝺo de lesione intrisecoꝝ mēbꝛoꝝ agēdū est etiā de ꝓtusione musculozuꝫ et attritione lacertozū in exteriozib⁹ partib⁹ causata. Et qꝛ etiā aliq̄n cōtingit fractura alicui⁹ aut dislocatiōe alicui⁹ iūcture causari ꝑ quarū curatiōe ad ꝓpria capitula in lib. de fractura ꝛ dislocatiōe ossiū trāsire pores: qꝛ ibi optimā doctrinā ꝓcuratiōe vniuscuiusq⁹ ossis fracti ꝛ dislocati trademus. ¶ Casus offensio sunt cū attrictione pkmaꝝ partiū intra corpus rū solones oculis discerni non possunt. Sed vt pkm ꝑ signa ꝛ cū bono ꝛ estimato iudicio discernūť. Casus em̄ sumiť a casu cadis: qꝛ homo plerūq⁹ ab alto cadit: ḡre ex tali casu interiora mēbra ledūť. Offensio ꝺo dicit ab offendo offendis: qꝛ ꝛtingit hoi em̄ sepe et sepi⁹ pacifice stāte a re ꝓiecta ab aliquo a casu aut ꝺdita opa offensionem accipe. Et ꝓptera casus ꝛ offensio videnť differre a cōtusione ꝛ attrictione q̄ntum ex tpe intrinseca ꝛ extrinseca. Quāobr̄ casus ꝛ offensio valde timozosa sunt: ꝛ hoc ꝓpter occultas solutiōes ꝓtinuitatis mēbꝛoꝝ intrinsecoꝝ nobiliuꝫ. Que solutiones solēt accidere i viscerib⁹ ꝛ eoꝝ pānículis ꝛ in nervosis mēbris ꝛ ligamentis intrinsecis magnisq⁹ venis et puis in membris nobilib⁹ cōtentis: ḡre ad lesionē mēbꝛozuꝫ ꝺictozū egritudines magne fortissimeq⁹ dolores. in tātum causari solent q̄ eger cogiť satis ẽ primum morte vitā commutare. ¶ Signa igitur mala casus in casu et offensione sunt istaꝫ offen vcz vomit⁹ sanguinis fluxus ꝛ fi. Casus

Digitized by Google

narib⁹:z hoc est signū q̄ i capite vena rupta est. Accidit aliqñ vomit⁹ cū fluxu sanguinis qñ alicui⁹ vene fracte signū arguit aut i stomacho:aut i epate:aut in splene. Et qñ accidit flux⁹ vētris z strictura āhelit⁹ abscissioꝝ vocis cū extorsionibus vētris z lypotomia pculdubio mors patiēti approp
Aui. quari vr. Quare(vt inq̄t Aui.) qñ abscindit sermo capite declinato cū sudore frōt⁹ sine potētia eleuatiōis capitis:tūc statim morit eger:z marie sudore exīte frigido. Eodēq; mō dico si ex ꝟberib⁹ vl̄ aliq̄ pcussione ex calce eq̄ cāta. Et qñq;
Aui. insup:vt inq̄t Aui. accidit vt lacert⁹ cordis aut stomachi disrūpat z in tali accīdenti statim morit eger. Sicr ēt accidit ad casum z offensionē vrinā penit⁹ retineri: ēt egestiones violēter seu inuolūtarie egredīūr. ista oia sūt signa male terminatiōnis in casu z offensione.
Curatio. ¶ Curatio itaq; casus z offensiones ꝟtutis intētionib⁹ cōplet. Pria in ordinatiōe regimis ꝓsistit. Scōa in eūatiōe materiei añt; z in dimersiōe ipsi⁹ ne ad locū fluat. Tertia ꝓplet administratiōe dimersoꝝ localiū. Quarta z vltia ꝓsistit i correctiōe accīdentiū.
Pria intētio. ¶ Pria q̄dē intētio q̄ cōsistit in ordinatiōe vite regimis cōplet administratiōe diete tenuis in p̄mis dieb⁹. nā i pria z scōa die(vt inq̄t Auic.) parum egrotāti est accēdere. Imo in
Aui. prima die nihil comedere vtilissimū est. Et pclusiue vsq; ad securitatē apar⁹ loci vbi secuta ē lesio nullo ꝟdicēte sinthomate:vl̄ debilitate ꝟtutis. Vita tenuis cē dz. Vinū ergo carnes vsq; ad dcm tps oio sūt enitāde. Cōedat ḡ ferc⁹m farriolatum:aut de auena spelta: aut grue:aut de panatella cū zucaro z amigdalis cū semie:cōfectū si nō fuerit suspitio de fluxu sanguinz. Quib⁹ trāslatz dieb⁹ vcz trāsacto septimo ad vberiorē z grossiorē dietaz patiēs trāsire pōt. Eodē ēt tpe pt comedere cicera z brodiū eoꝝ z ribes ad hoc vt interiora firmenť. Successiue deiñ et carnes z vinū aliaq; cibaria boni nutrimēti gñativa vtil⁹ concedunť. ¶ Scōa intētio q̄ ē ptim Scōa
mām diuertere: primo; eūare intētio
sub isto mō ꝓplet. Vez per fomā diuersiuā: si necesse fuerit: z ēt p vētz lenitionē. Lenit ei vēter i principio cū casia: aut cū ei⁹ electuario: aut cū māna: aut diacapt. Aut cū ista potiōe. ℞. potio
mane electe diacasie diacapto licōis añ. ℥.ß. aq̄rū ediuine bu glosse acetos. ℥. j. misce addēdo sirupi rosati. ℥. j. Vl̄ facias sic. ℞. diacaptolicōis manne añ. ℥. vj. reuba. ℥. j. cū aq̄ ēdiuie solatri acetose fiat potio breuis q̄ i isto casu ē valde vtil. Nā Raz. rasis
z Mesue ca. ō reubar. dicūt ipz meliue
iter cetera medicamia pncipatū tenēr: sanat ei: vt refert Mesue: rupturas itrisecas. ¶ Ter Ter-
tia itētio q̄ ꝓsistit i admīstra- tia itē
tiōe localiū sic ꝓplet. ℣ In pmz tio.
si flux⁹ sāguis it⁹ fuerit: vtilissimū ē sumer ea q̄ ꝟtutē ñt⁹ re
strigēdi sanguinē z mēbri lesi apationē phibēdi. Dico a principio vsq; ad septimū die. cui⁹ tal⁹ pt ee ordiatio. ℞. boliarmeni terresi. gillate mumie añ. ℥. j. reubarbari rubee tictoꝝ ana. ℈.ij. z dosis ei⁹ est. ℥. j. ß. cū aq̄ plātagis solatriz pay ḡnatoꝝ

Digitized by Google

medi vini. ¶ Medicamen valde vtile
camen ad resoluendū z carminādū san
pecu guinē int⁹ coagulatū z ḥ trāsa
liare. ctis p̄mis dieb⁹ tale ē. ℞. reub.
rubee tictoꝝ costi cētauree sar
cocol. añ. ʒ. j. gariofilate cana-
pis renate scabiose añ. ʒ. ij. iiru
pi de duab⁹ radicibus. ʒ. ij. ani
soꝝ coriandroꝝ croci añ. ʒ. ß.
misce z fiat ad modū electuarij
dosis ei⁹ est coclear vnū quoti
die in aurora cū parū vini odo
riferi z hoc sumat p decez dies
Aliud qz mirabilis est operationis.
¶ Ad eādē intētionē vz poculū
de gariofilata habitū. c. de vul-
Mes. nere thoracis z est dñi Mes. vt
ibidē demōstrat. ¶ Visis medi
caminib⁹ interi⁹ sumendis mō
vidēdū est de medicaminibus
partiū exterioꝝ. ¶ In p̄mis cū
ad curationē casus z offensiōis
pueneris si lesio fuerit in visce
ribus aut spiritalib⁹ tūc statim
nulla melior medicina est q̄ po
tiētē illinire a furcla vsq; ad in
guina cū oleo ro. z mirtino cło:
desup puluerizādo puluerē ro
sax z mirtil. ¶ Ponēdo ēt imme
diate super vētrē: vcz a furcula
vsq; ad inguina p̄dicto retro z
añ pellēz interiora castrati. oia
cla q̄tū fuerit polē. hoc em̄ re
medīū plerūq; in isto casu exp
ti sum⁹ cū honore nro z egrotā
Ad co tiū vtilitate. ¶ Et qz cum casu z
tusio offensiōe applicant plerūq; ptu
nē mu siones musculoꝝ z attritiones la
sculoꝝ certoꝝ. Jō ponā remedia singu
empli larissima in curōe earūdē. ¶ In
p̄mis ad musculoꝝ ptusionē ēt
in p̄n. ℞. folioꝝ malvaꝝ absin.
vio. añ. M. ij. flox rosi. M. ß. fur
furis bñ triturati. M. iij. farine
fab. farie ordei. añ. ʒ. iij. oib⁹ in
aq̄ decoctis p̄ter farinas exp̄s
sis z pistatis: deiñ i decoc. cū fa
rinis p̄notatis z p̄dicta pistatu
ra cū sapa sufficiēti bullīar vsq;
ad spissitudinē solidā addēdo i
fine coctur olei camo. ro. mirti
ni. añ. ʒ. j. olei anet. ʒ. vj. ¶ Istud
emplm amice i tali casu est sin
gulare suffragiū mitigatiuū do
loris sanguinem coagulatū dis
soluēdo z dissoluti carminādo.
¶ Itē ad eādē iteñ. vz medulla Aliud
panis cū fari. fab. ḍcocta cū de
coc. malue. viol. absinthij pita
rie exule furfuris altee sanguci
z hmōi: deiñ ep̄ḷo ḍcocto vt in
supiori recepta fuit ordinatum
addañ olei ro. olei casi. añ. ʒ. Ad at
ij. croci. ℈. j. Ad attritionē aut tritio =
lacertoꝝ mirabilr innenim⁹ in nem la
uare ifrascriptū ep̄m in p̄n. ℞. certoꝝ
radicū altee z fo. ei⁹ añ. M. j. si
gilli salamōis capitū lilij añ. ʒ.
ij. oibus ḍcoctis i aq̄ pistatis z
cribel. addañ olei casi. oī. ros.
olei anc. añ. ʒ. ij. cere al. ʒ. ij. ß.
croci. ʒ. j. misce z ad ignē fiat ce cerotū
rotū qz mirabilr est opatiōis in Aliud
isto casu. ¶ Aliō medicamen q̄
iuuat trāsactis aliqb⁹ dieb⁹. ℞.
radicum altee. ʒ. iiij. ß. gilli sala
monis. ʒ. ij. flox rosil. M. j. sti-
chados absin. squinā. añ. M. ß.
ꝯdos absin. squinā. añ. M. ß.
oia cū vino z aq̄ decocta pistēt
z cribellēt cui cribra. addāt oī.
casi. ʒ. ij. oī. li liioꝝ al. pig. gal.
de spica. añ. ʒ. ß. olei de terebē.
ʒ. vj. cū cera al. sufficiēti. Et p̄ di
cta cribratu. ad ignē fiat cerotū
addēdo croci. ℈. j. ¶ Quarta in Quar=
tētio q̄ est accūtia removere sic ta ĵntē
applet. ¶ Accidit interdū ptusio tio.
nē musculoꝝ ñ posse ſolui imo
ipaꝝ ad maturationē z cācreno
sam dispōnē euenire vidim⁹. q̄
re p curatiōe taliū accūtū ad
ppria capta de curatione cācre
ne et maturatione flegmonis

Digitized by Google

potes hꝛe recursum. ℣ Solent sibꝛi in isto casu oriri: durities musculoꝝ ⁊ lacertoꝝ motionis difficultas ꝑsertim circa ictuꝝ terminationē. Et hoc cōtingit ꝓpterea: qꝛ aliqñ resoluunt materie subtiles ⁊ relinquūtur grosse. Etiā ꝑ curatiōe eaꝝ ad capꝝm ꝓpriū ꝑ tua necessitate recursū hēas. Et sic deo dāte ꝛc.

ab vlceribus nulla a medico curatio fieri poſſit. Quare (vt inquit p̃fat⁹ vir) i adminiſtratiõe medicinarũ tuarũ opz vt audias ſermonẽ cõez. Et ẽ q ỏ illis q̃ ſunt neceſſaria vt ſit illud q̃ curatur vlc⁹ aut pueniẽs aut icõueniẽs ȝã pueniens lz nõ ꝓferat ꝑ diſpõne vlceris: tñ nõ aſſociaſ ei nocumẽtũ aliq̃d. Et icõueniẽs ỽo: aut eſt qm̃ interdũ ipſuz eſt debili⁹ & ſi gt illud additio ei⁹ q̃d eſt ꝓtrariũ ei q̃d ex ipſo medicamine expectaſ ỏ exiccatione aut mũdificatiõe aut alijs: q̃re opz vt addaſ in ỽtute ei⁹. Ucz ſi videris ipm̃ medicamẽ minus exiccare q̃ oporteat neceſſariũ eſt i ỽtute exiccatiõis ipm̃ corroborare. Siſ r etiã ſi videris ipm̃ calefacere membrũ vltra q̃ neceſſe ſit q ỏ facili cognoſciſ ꝑ additionẽ extranee caſis ſup vlcerata ꝓticulaz etiã ꝓrubedinẽ & inflãmationẽ loci quare opz vt de fortitudine ei⁹ minuaſ & de inflãmatiõe extinguaſ. Siſ r q̃s ſi videris membrũ adminiſtratione infrigidantiũ ad nigredinẽ & obſcuritatez declinare: tunc oportet vt addatur in virtute calefactiõis eius

Digitized by Google

cū aliquali mollificatiōe. Et p
Aui. pterea dicit Auic. si corrumpit
aliqd qō sit in circuitu vlceris
a quauis cā: talis corruptio p-
cesserit cū nigredine vlcerate
pticule z viriditate ipsi⁹: tunc
cū scarpellatiōe z sanguinis ex
tractiōe cū ventosis z sanguisu
gaz applicatiōe in circuitu vl-
ceris pcedendū est. ¶ Reliquū
ño curatiōis vlceris tractāduz
est p sui curatiōe (put dcm fuit
c. de cura cancrene z aschachi-
los:) z put dicet. c. de cura vlce
rū putrefactoz. ¶ Si ño medi-
camē tuū locū vlceratuz nimis
mollificare videris tūc virtus
exiccatiua cū stipticitate cū eo
Nota. est administrāda: Quapropter
sunt qdā medicamina quoz vir
tus z natura in vno corpe erūt
incarnatiua z in altero corrosi-
ua z vehemētis absterſiōis qua
re necesse est aliqñ exiccationē
z absterſionē adiuuare tui me-
dicaminis humiditatē minue
do: aut frāgēdo ꝓmixtionē ei⁹
si fuerit fortis exiccatiōis z ab
sterſiōis. Et hoc addēdo ō hūi
ditate ꝛc. ō hoc etem satis dcm
fuit. c. de medicīa incarnatiua.
Hūc ꝓterea canonez necesse est
obseruare i administratiōe me
dicaminū gñantiū carnē in vl
Aui. cerib⁹. Jnqt em. Aui. c. de vlce
re virulēto. Et nō faciat te erra
re qdā. i. illud. Et est vt non sit
medicamē magis absterſiuū q̄z
opz qz corroderet mēbrū resol-
uendo ei⁹ carnositatē ad hūmi
ditatē currētem. Jō interdū me
dici arbitrant illā hūiditatē cā
ri nō a forti absterſiōe z exicca
tiōe medicamīs: imo ab vlce
narura quare addūt in virtute
absterſiōis z exiccatiōis: vnde
hmōi qdē medicamē facit vlc⁹
pfundius z calidius ac magis
ꝓfūde cū aꝑoso vlcere. Et ꝓpter
ea infirmus hora applicationis
talis medicaminis fortis abs-
terſiōis notabilē sentit mordi
cationem. ¶ Ulterius de illis q̄
necessaria sunt in administratiōe
auxiliox (vt inqt Auic.) est vt Aui.
cū tuo medicamine pcedas tri
bus diebꝫ ipm sup mēbro quo
tidie mutando: put vlcꝰ natu
ra postulabit. Nam si nō fuerit
ꝓgrua opatiōe operatū illō esse
incōueniēs iudicādū est: quare
ad aliud medicamen transire
oportebit. Preterea si vlc⁹ fue
rit sordidū aut putridū ꝓ eius
curatiōe pcedendū erit, put. c.
de vlcere putrido z sordido de
scribere itendim⁹. ¶ Si q̄ mō
si fuerit corrosiuū malignū at
q̄ virulētū nō sec⁹ pcedēdū est
in eoꝝ curatiōe put dicet coꝝ
ꝓprio capō. ¶ De vlcere etiā
formicoso satis dcm est. c. ō for
mica corrosiua: ꝛre illuc recur-
re. ¶ Ulcus isup dolorosum cu-
rat curatiōe habita. c. de vulne
re cū aꝑate. ¶ Unū tñ est notan Nota.
dū q̄ si vlcus fuerit dolorosum
valde tūc nulla melior medici
na est q̄ statim emollientib⁹ ei⁹
sedationem procurare (vt inqt
Aui.) Et ō vlceribꝫ dolorosis z
q̄ sunt vehementis doloris opz
vt sit occupat⁹ i primis in sedā
do dolorē. hec qdez doloris se Nota.
datio nō efficit ex medicamie
exiccatiuo sz mollitiuo. Et q̄uz
medicamina mollitiua aliquā-
tulū sint ꝓria vlceri nihilomi-
nus cū nō sedat dolor nō ꝓpa-
rat nobis vlcus ad aliquā reci-
piendā curationē. Jgit nō cure
tur vlcus nisi sedet dolor. ¶ De Nota.
vlceribꝫ ꝓterea cauendū scie
dū est q̄ ꝓ eoꝝ curatione forti

Digitized by Google

abstersiõe ꝛ exiccatiõe necessa
riũ est trãsire: quãobrẽ (inquit
Aui. Aui.) quãto vlcera magis sunt
pfunda maiori abstersione et
exiccatiõe idigent. Et rõ: qz ad
locũ eoꝝ vlcerꝝ plures hũidi-
tates attrahuntur quare necef
sario p eaꝫ ꝓsumptiõe forti in
digent exiccatione. hoc autẽ
nõ põt fieri nisi a forti medica
Nota. mine. ℣ Et qz amice ꝓpter dep
ditionẽ multe subst̃ãtie que in
istis vlceribus plurimũ cauer-
nosis ꝓtingere solet ad cauer-
nas iplẽdas medicina carnis
gñatiua multoties necessaria
est: ꝙre in administratiõe me-
dicinaꝝ incarnãtiũ tã in istis
Canõ. ꝑ in alijs vlceribꝫ gñalis. Ca-
non est vt añ pfectã mũdifica-
tionẽ vlcerꝝ nullo mõ medici-
na incarnatiua admistreť. hoc
Aui. non est meũ ℣m. d. Auic. Inq̃t.
Et de vlceribꝫ i q̃bꝫ ozit caro:
q̃dã sunt in q̃bꝫ ozit caro mala
ꝛ supflua: ꝛ q̃dã in q̃bꝫ nõ ozit
illud supfluum. Ulcera q̃dẽ in
q̃bus ozit caro supflua et mala
sunt vlcera quorũ icarnatio añ
pfectã mũdificationẽ efficitur.
Aui. Ulterius subdit Aui. q vlcera
plñi cauernosa ꝛ abscõsiones
hñtia velociter conuertunt ad
fistulas. Quapropter prudẽ-
tissimi chirurgici est vt sit val-
de attẽꝫ in mõ curatiõis eoꝝ:
ne ad fistulas cõuertañ. Sic
etiã vlcera vicinãtia neruis (vt
Aui. inq̃t Aui.) ꝛ venis arterijs sũt
apta gñare apa in partibꝫ cir-
cũiacẽtibꝫ carnosis ꝛ loca ista
sunt loca emõtoriorum ꝛ carnẽ
mollẽ hñtia: velut sunt testicu
li. Et hoc quidẽ accidit vt plm
coꝝpe exñte pleno mala super-
fluitate: quare necessariũ est vt
in his partibꝫ sit vehemẽs do
lor. Et ꝓpter hoc vtilissimũ est
mũdificare coꝝpꝰ ꝓ necessita-
tẽ humoꝝ peccãtiũ: deinde ve
nire ad curã apatis cũ mollifi-
cãtibꝫ ꝛ sedantibꝫ dolorẽ post-
modũ ad curationẽ vlceris. Et
õ vnguẽtis bonis est vt admi-
nistreť vngñ basilicuz descri-
ptiõe nr̃a. Cuiꝰ recepta i anti-
do. nr̃o describeť. Cetery regu
la gñalissima in curatiõe vlcerꝝ
mẽbrozũ sensibiliũ sit aliena-
re quantũ possibile est. Cõtra-
riũ eñ esset faciẽdũ in vlceri-
bus in mẽbris insensibilibus
exñtibus. Inq̃t eñ Auic. c. de
solutiõe cõtinuitatis neruoꝝ.
sicut neruꝰ discoopertus est di
gnior in sui curatiõe vt fiat alie
natio i ea ꝓterea qz ipe ner-
nus est mẽbrũ valde sensibile:
ita ligamẽta q̃ ouunt ab ossibꝫ
qz nullũ hñt sensũ sunt figura
rũ dignioruz vt operet sup ea
cũ medicamie forti. Et ppea
inq̃t Aui. c. de curatiõe vlcerũ Aui.
in gñali. Opz vt alleniet i sen
sibili mẽbroꝝ nõ tolerãtiũ for-
te medicamẽ. In illo ño scz mẽ
bro qõ ẽ parui sensus nõ absti
neat se medicꝰ a necessaria me
dicatiõe. Uelꝝ inq̃t intrisecа ꝛ
sublimia ꝑciosaq̃ ꝛ mlti inua-
mẽti mẽbria ꝛ suscipictia nocu-
mẽta velocit̃ sũt õ. c. sensibili ꝛ
idicio eiꝰ Eoꝝ ño ℥ia sũt de
ca. sensi. aut q̃rũ sensꝰ ẽ debil:
q̃re pp hmõi cãz vlcera mẽbro
rũ itrisecoꝝ medicamia fortis
opatiõis velut ẽ flos eris ꝛ eis
sikia ñ tolerãt. et ppea q̃ bibũt
cũ eis debẽt associari simplici-
bus q̃ faciũt glutiationẽ solẽnẽ
velut dragagãtũ ꝛ gũmi. ¶ Me
dicamia ño q̃bꝫ clisterizañ vl
cera istaꝝ partiũ debẽt eẽ me-
diocris exiccationis. Preterea

Digitized by Google

Oleū. qz qlibet oleū z vngucta nimis vnctuosa nisi apō necessitatē sedādi dolorē z frāgēdi acuitatē medicinaz abvlceribꝫ fūt elōgāda: qz vlcera nō hūido ſz sicco sanātur: vt hr a Sal. medi Sal. corū lucerna. Silr ꝺz cauere ō bes i oibꝫ tuis medicaminib⁹ ne dolorē facias ꝑ posse: z eo maxime si vlc⁹ fuerit cū apate vel mala cōplonevel doloꝛi fuerit associatū. ℙ Quakr aūt curek vlc⁹ ꝺtiescūqꝫ fuerit cōplicatū cū accñtib⁹ ꝓnoiatis satz dictū est in añti capkoz i succedēti diceꝛ. ℂ Deniqꝫ i curatiōe ꝺrūdā vlcez i digem⁹ ligatura icarnatiua. Inꝺuz tm̄mō medicinaz retētiua. Nōnūqꝫ materiez expulsiua. Quapropter nō est necessariū vt cū ligatura pueniaꝛ ad lesionē faciētē currere māz ad locū: itm̄ q ipse apek. Imo opz vt ꝓdicta ligatura sit (ꝓserti i tibijs z brachijs) adiuuās i phibēdo apationē descēsumqꝫ materiez ad locū vlceratū: qz nō ē posse cū apate vlcerationē curaꝛ nisi ꝑ⁹ (vt plerūqꝫ dictuz fuit) remoto apate. Et de ista ligatura vna cū ceterz tibi plenā notitiā tradidimus i li. de vulne. c. de liga. ꝺre illuc recurre. ℂ Sūt si⁹i qꝺā vlcera velut fūt cauernosa plz: ꝺrū medella ꝺz eē cursibil⁹vt ad pfūditatē eoꝝ penetrare valeat. Et de ista medella in. c. de vlce. cauerno sufficiēter tractabiꝫ. ℙ Ulterius vl hypo. cera testāte. hyp. qcūqꝫ annua fiūt necesse est vt os emittaꝛ z cicatrinem cōcauā producant. Hoc qꝺē scias vt plurimū euenire i vlceribus cauernosis ab exituris frigidis cātis. In ceteris vero vlceribꝫ vidimꝰ per biēniū et triēniū spatiuz transire absqꝫ aliqua ossis corruptione. ℂ Unū ptera ō meliozib⁹ in curatiōe oiz vlcerū ē vnāquāqꝫ cāz abscidere faciētē mozbū pticulāqꝫ mandantē z locū recipientē cōfortare. Et hoc qꝺē sit cū purgatiōib⁹ assiduis ẽm necessitatē humoꝛis et tolerātiā egrotāt⁹: ꝑcedente sp bona hūoꝝ digōe: qz medicina ō per se raro ꝓducit sanitatē i homine nisi digestiuz opoꝛtunis ꝑcedētibus. Digesta em̄ medicari z mouer ñ cruda nisi expediet ꝛc. ℙ Flōthomia ꝺz applicatio sāguisugaꝝ venis emoꝛroidalibus. (Si sanguis fuerit grossus z corrupt⁹) in isto casu vtilr ꝓcedunt. Uomitū ꝺz interdum ꝓximū iuuasse ꝓcepimus. Nota. C. iiij. ℂ Ca. iiij. de vlceribus fulētis corrosiui atqꝫ malignis z eoꝝ curatione.

Vlceꝛa malligna.

Sta vlcera adinuicē non differunt nisi secunduz maius z minus: qz semper a materia calida et adusta generantur. Ideo (inquit Aui.) Cause istoꝝ vlceraꝝ. s. malignoꝝ z eoꝝ q̄ cursu; currūt sunt coꝛpoꝛis maligni (vt in ꝓcedenti capko dictū fuit.) sup fluitatibus obuientia vulnera: aut regimini coꝛrupto aut pustulas malas sequentia. Nam qñ a pricipio talia vlcera virulētiā mittūt virulētia vocantur. Uerū qñ eoꝝ mallitia cū aliqli coꝛrosione augeri videt coꝛrodēdo z eschaꝛā pducēdo: tunc coꝛrosiua dicuntur. At si ambulat malitia eoꝝunꝺē hic z inde in carne sup ficialiter: ambulatiua nūcupank. Et si intm̄ predicta malitia videt procedere q̄ ꝙsumat mēbrū dicunk vlce-

Auic. Cause eoꝝ.

Nota.

Nota.

Digitized by Google

ra de gñe mãducãtium. Et ista plerũq; ad lupũ z cãcrũ trãsire videnẽ: vt i doctrina apãtũ melãcholicoꝝ dictũ fuit. ¶ Curatio itaq; istorum vlceꝝ quatuor intẽrionibꝰ ꝓpleꝯ. Pria in corpis purgatiõe. Scõa in regimie vite. Tertia in exiccatiõe virulente materie et ablatione corrosionis. Quarta z vltima i administratiõe localiũ diuersoꝝ ſm q; diuersa tpa habẽt vl cera ꝑdicta. ¶ Prima q̃dẽ intẽtio q̃ ꝙgit circa corpis purgationem sic ꝓpleꝯ. Ucz in ꝓmis digerendo materiã cum sirupo vio. ros. ex ifusiõe de endiuia: z cũ aq̃s bugloſſe cẽdiuie aceto se z borraginis. Et si pctm̃ fuerit i sãguine grosso: digerat materia cum sirupo de fumoterre mioti ỽ lupulis z ỽ endiuia cũ aquis bugloſſe fumittere z ẽdiuie. ℣ Digesta materia purgẽt corpꝰ cum electuario succi ros. aut diaprunis solutiuo sit cum casia: aut cũ electuario ỽ psilio cũ manna: vel cũ reubarbaro: cũ diacaptolicone z electuario lenitiuo: aut cũ pillulis de fumotere simꝫ cũ pillulis de reubarbaro. ℣ Uel si materia fuerit cholerica adusta: tũc ꝓfectio amech cũ ꝓnoiatis electuarijs quãtitate sufficiẽti: vt infra patebit multuꝫ vtilissima erit.

Purgatio. ℣ Aut si a sanguine grosso materia ꝑdicta causata fuerit: tunc sic purgẽt. R. casie diacaptoliconis añ. ʒ. vj. diafiniconis. ʒ. ij. cum decoctiõe floꝝ z fructuũ cordialium fiat potio bzeuis:

Purgatio materiei cholerice. addendo sirupi viola. ℨ. j. ß. ℣ Ité purgatio valde vtilis ad purgandũ hũozẽ cholericũ. R. casie aut loco eiꝰ electuarij lenitiui. ʒ. vj. electuarij de psilio electuarũ succi ro. añ. ʒ. j. ß. dia captolicõis. ʒ. ß. misce z cũ ỽcoctiõe cõi fiat potio. ℣ Ité si materia fuerit cholerica adusta ita q; sapiat naturã hũoris melancholici tũc ꝑ purgatiõe prenominate materie purgẽt corpus purgatiõe ista. R. diacaptolicõnis. ʒ. j. electuarij de psilio ꝓfectiõis amech añ. ʒ. ij. cum decoctiõe floꝝ z fructuũ cordialiuꝫ capilloꝝ veneris galitrici: polytrici: foliculoꝝ sene z epithimi fiat potio bzeuis: addẽdo siruꝑpivio. ʒ. j. Et isto modo faciẽdo purgatiõnẽ ſm exigẽtiã humorũ obseruaꝫ illud ꝑceptũ Hal. iij. tegni dicentis. Unamquãq; cãꝫ opz abscindere faciẽtẽ morbũ anteq̃ ad rẽ factam deueneris. Et iõ non obliuiscaris canones vniuersales añponi oportere pticularibus vt pticularia suã opationem pficere possint.

Scõa itẽtio. ¶ Scõa ꝑterea intẽtio ꝓpleꝯ ei barũ ỽ bonũ sãguinẽ gñantib⁹. ℣ Sint ꝙ cibaria ad frigiditatẽ z humiditatẽ tendentia: vt hũozes subtiles aliquantuluꝫ ingrossenẽ: z vt ẽt frigiditate z humiditate sua caliditatem et acuitatem materie mitigare et linire valeãt. Juuat insup pluriꝫ ma se in ser nõ naturalib⁹ rebus honeste hr̃e. Tertia denicꝫ intẽtio q̃ in exiccatione virulẽte materie z ablatione corrosiõis cõsistit sic pficitur: ver. ℣ In primis enacuata materia añcedẽti moze q̃ supꝫ dcm̃ fuit z ẽt si opꝰ fuerit ꝑ flõmã: quia multũ muasse repim⁹. Si pctm̃ malignitaꝫ vlceris fuerit a sãguie malo tũc ad auferẽdã malignitatẽ vlcerꝫ dolorosã z eiꝰ corrosiõez ac oẽm virnlẽtiã ipsiꝰ nlla melior medicia: ꝛ credẽ mihi in toto

Cura.

Prima itẽtio.

Hal.

Nota

Scõa itẽtio.

Tertia itẽtio.

Digitized by Google

de mihi i toto corpe medicine
inuenri pt ꝯ applicatio super
vlcere pulueris nr̄i carnis male
remotiui sine dolore: quis ap-
plicatio hmōi pulueris vnāquā
Nota ꝯ mām subtilē virulētā corrosi
vilita uā carnē malā māducabo absq;
tē pul- dolore mirabilr digerit et in-
uer is grossat p̄dictā mäz ad summaz
nostri. bonitatē reducēdo itra diē na-
turalē. Intm̄ q (vt ita dixer̄i) bi
nas aut tria applicatiōe talz pul
ueris vnūqōq; p̄dictorū vlcerū
itegre mūdificari solet: z eius
opatiōem audeo dicer̄ eē ꝓfor
mē opatiōi vnguenti egyptia
ci: lz eī opatio (vt p̄dicim⁹) sit
absq; dolore. Contrariū em̄ fa-
cit egyptia. vng. qz ipō i talib⁹
vlcerib⁹ applicato magnos do
lores magnasq; iflamatiões i
ptib⁹ vlcerz circūiacentibus cā
re solet. Et ꝓpterea causādo do
lorē z iflāmationē nō puā red-
dit plerūq; vlc⁹ ineptū ad reci
piēdū sanationē. Jō optime ōt
Auic. Auī. c.ij.ō curatiōe vlcerū ivki.
Caue in oib⁹ illis. s. medicami
nibus ne dolorē facias p̄sertim
si illud fuerit apa mala ꝓpto z
dolor: imo opz te remouere cās
vlcerū sanationē ꝓhibētes: de
qb⁹ plenarie i. ij. c. locuti sum⁹.
(Jnqt p̄fat⁹ vir.) Nā si tu cura
ueris p̄noiatas cās i p̄mis nō
eris vacās ad curationē vlce-
rā. i. nō eris deficiēs ad curatio
nez eor̄ sicut oportebit te eē ō
ficiētē: nisi pri⁹ curaueris p̄di
ctas cās. Et iō dicit pax infra
hmōi sniaz. Et nō cureť vlcus
nisi fedet dolor ꝛc. Et rectifica
tio fz male ꝓpōnis plerunq;
est causa curationis vlcerum.
Quar- ¶ Quarta deniq; z vltra itētio
ta intē q cōpleť admistratiōe localiz
tio. sic ꝓficiť. ¶ Jn p̄mis remota vl

eeris malignitate corrosiōe et
virulētiā cū ifrascripto medica
mie p̄cedētū ē. Cui⁹ offm ē lo
cū male ꝓpōnatū r̄ctificare cū
exiccatiōe mūdificatiōe z dōe-
stica icarnatiōe. Cui⁹ talis est Un-
ordinatio nr̄a. ℞. olei ro. fz re- guēti.
ceptā vnguēti rosati seu loco ei⁹
vnguēti Sale. aā. ℥. ij. ß. vnguē
ti populeonis olei mirtini aā.
℥. j. pinguedis porcine liq̄facte
nō salite: pinguedis vituli aā.
℥. iij. folioꝝ plā. z solatri cima
rū rubi folio. mirti. z granato-
rū ei⁹ matris silue caude eq̄ne
ligue passerine aā. ℔. ß: oia cō
tūdanť adinuicē siť p̄manēdo
p diē nālē: deinde ad ignē bul
liāt parū. Postmoduz colentur.
Cui colature addanť litargi-
rij aurei z arg. ana. ℥. j. minţ. ℥.
x. terresigilate ceruse aā. ℥. vj.
itez ad ignez baculo agitādo
bul. donec acq̄rāt colorē nigruz
aut siť ez nigro: deiñ cū cera al
ba sufficiēti fiat cerotuz molle:
addendo terebē. clare. ℥. j. ß. tu
cie p̄parate. ℥. ß. camphore gra
na. iij. ¶ Jtē ad eandē itentionē Aliud
valet i frascriptū vnguentū. ℞. vnguē
olei ros. ℥. vj. olei vio. ℥. iiij. pin tum.
guedis vituli. ℥. iij. succi plan-
taginis suc. solatri aā. ℥. ij. bul-
liāt omnia siť vsq; ad consum.
succi: deinde colenť cui colatu
re addantur cere albe. ℥. ß. ce-
ruse. ℥. x. litargirij aurei z arg.
aā. ℥. j. tucie p̄parate. ℥. iij. cam
phore ℈ m artē triturate. ℥. ß. mi
sce z ducantur i motario plūbi
p duas horas. Jtez valet i istis Aliud
vlceribus vnguentum album
camphoratum vnguentum de
ceruſa decoctum z vnguentum
triafarmacū. ¶ Et no. amice qō Nota.
in istis vlceribus medi cina car
nis generatiua in caliditate

Digitized by Google

elcuata semper est suspecta p-
ptervestigiū male ꝓplerioīs q
solet semp remanere cum eis.
Auic. Quapp optie dicebat Auic.c.ij.
de vlceribꝫ.Dignioza ꝛ vlcera
vt eoꝝ cōfortenᷓ medicamina
diuersaꝫ ꝓplerionū sunt vlce-
ra quoꝝ difficultas est sanatio
nis.Causaᷓ itaq; difficultas sa
natioīs vlcerū vt pᷣm ex cōpli
catione alicuiꝫ cause ex causis
ꝓhibēdꝫ vlcerū sanationē:vt
plerūq; de eis dictuꝫ fuit.Et iō
Auic. Auic.loco ꝓallegato ordinauit
auxilia q̄ in talibꝫ vlceribꝫ hñt
ꝓriari accidēdꝫ ꝛ causis a q̄bꝫ
vlcerū sanatio solet ipediri ve-
lut sunt mala ꝓpria:dolo:
ꝛ hmōi q̄ in talibꝫ vlceribꝫ solēt
cōplicari.Et ꝓterea vnguētū
de minio supiꝫ ordinatū descri
ptiōe nr̄a i istis vlceribꝫ hz ꝓ-
Auic. rogatiuas itentiōes q̄s Auic.in
loco ꝓallegato cōmemorauit.
Ulteriꝫ remota vlceris mali
gnitate vtilissimū est locū laua
re aq̄ aluminosa:qꝫ mirabilis
ē opatiōis i isto casu.Aut meliꝫ
agendo.Lauet vlc' infrascꝑta
decoctiōe.Ꝛ.aq̄ plātag.aq̄ ros.
añ.ʒ.iij.balaustiaꝫ rosaꝫ mir-
tillōꝝ añ.parū:mirabolani ci-
trini.ʒ.ij. alumis roche.ʒ.ij.et
℈.terresigillate.ʒ.iij.sandalozū
oim añ.ʒ.i.aq̄ endiuie.ʒ.ū.mel
lis rosa.ʒ.j.oia simul bul.vsq;
ad cōsum.tertie pris:deinde co
lent et vtere mō q̄ supra:qꝫ mi
rabilis ē opatiōis in istis vlce
ribus corrosiuis virulētis ꝛ ma
Auic. lignis.Et ꝓpea dicebat.Auic
cē.Melior curatio corosiuoꝝ
et malignoꝝ vlcerū est q̄ ef-
ficiᷓ ꝙ admīstrationē ifrigidan
tium et stipticantium.sicut sunt
balaustie rose ꝛ q̄ eaꝝ cursu cur
runt.Lamina q̄ꝫ plumbea subs-

tiliter fabricata istis vlceribus
summope confert:ꝛ si fuerint
cum modico argenti viui facta
nō nisi vtilissimū erit.Ite em emplꝫ
pᷣm ad p̄dicta vlcera.ꝛ vꝫ et i de ster
vlce.fraudulentꝫ.Ꝛ.stercoꝝ ca coze ca
nis comedentꝫ ossa optie tritu. nis.
ꝛ cribel.ʒ.iiij.far.lentiū.ʒ.ū.fa
rine fab.ʒ.j. terresigillate bo-
liar.añ.ʒ.j.℈.ceruse litargirij.
añ.ʒ.r.cū lacte caprino vel vac
cino sufficiēti q̄ exacta sint fer
ramēta ignita ad ignē fiat em
pᷣm solidū ꝛ mirabile in recū
ficādo vnāquāq; malignitatez Nota
ꝛ corosionē vlcerū. ¶Insup in
applicatiōe medicinarū ō q̄bꝫ
superiꝫ dictū fuit.Iterū narra-
bo modū applicatōis eaꝝ quē
sepenūero fecimꝫ:de q̄ q̄dēmō
mihi ꝛ egrotātibꝫ bñ succesuꝫ
est.Dico ꝙ in ꝑmis applicet Practi
puluis nr̄ carnis male remoti- ca.
uus:cuiꝫ ordinatiōnē i antido
tario nr̄o deo dāte tibi descri-
bā.Ipsuꝫ puluerē subtilissime
cōtū fieri ꝑ ꝙ die nāle sup vlce
re dimittendo.Et sic succesiue
ꝓcedaᷓ dōec coḡuerꝫ malligni
tatē corosionē ac virulētia ex
toto interfectā atq; remotā eē.
Qō ō facili cognoscit ꝑ muta-
tōem saniositatis:vcz de mala
i bonā:ꝛ nascentiā bōe carnis ꝛ
sedationez malignitatis corro
siōis ꝛ doloris.Cognoscit etiā
qꝛ tāgendo vlcera ꝛ abstergēdo
ea pānis nō ita sunt sensibilia
remota eaꝝ malignitate ꝙ añ
malignitatez:et crede mihi qꝛ
loḡr experiētia ductus.ꝛ hoc in
ꝓcedenti.c.satis declarauimus
ūre maligna caro sit sensibi-
lior ꝙ caro bōa:ad qō.c.recur-
ras in tua necessitate.De super Nota
ꝙ vtilissimū est vnguētū ō mi cū vti-
nio supiꝫ notatū cum predicta litate.

Digitized by Google

puluere sp̄ ponere. Preterea (vt supi⁹ dictū fuit) remota malignitate p̄ duos dies p̄cedēdū est cū filis carpinatis inulcere positis de sup̄ pōnēdo vnguētū de minio p̄notatū: deide laueꝝ loc⁹ cū aq̄s supi⁹ ānotatis. Et sic ḡtidie lauādo p̄cedat filuz z vnguētū p̄dictū ponēdo: donec ad sanitatē puenerꝫ. ¶ Modus ātem lotiōis aq̄ ē q̄ immediate facta vlceris lotōe: abstergatur vlcus cū petia linea: deide fila carpinata: z vnguētū dēsup̄ ponat. Ista ei medella mltos curauim⁹ egrotātes cū honore nr̄o z vtilitate egrotantiū non parua. Et merito p̄sens capl̄m pōt aureū appellari pp vim et ꝓprietatē quā hn̄t in istis vlceribꝰ puluis z auxilia supi⁹ descripta. ¶ Uerū si p̄dcā vlcera corrosiōe z malignitate sua videnꝫ sup̄ mēbruz perābulare: tūc talis perābulatio curāda ē a curatiōe formice corrosiuecū ābulatiōe. ¶ At si ab eis eschara causari vꝫ: tūc vnguētū egy ptiacū descriptiōe Aui. adminis trādū est qz corrodit malā carnē z bonā ꝓseruat deinde p̄curādus est casus eschare cū butyro arūgia z emplis emolliētib⁹. ¶ Multa p̄terea amice mi auxilia tā in simplici forma q̄ in cōpōsita ab antiq̄s z modernis doctoribꝰ descripta in mediū adducere potuissem: q̄ cū i eis nullā aut puā vtilitatē inuenirem bona de cā conticescam ¶ Ab Arzi. etiā mlta simplicia auxilia capło de vlcere corrosiuo de mēte antiquoꝝ sunt commemorata velut de gētiana cū licinio autozitate Auic. capło de gētiana. Et alia multa auxilia ab eo i eodē. c. cōmemorata autozitate Dio. z alioꝝ antiq̄z que sup̄ me cū egrotātiū dispēdio deceperūt. ¶ Et sic deo ꝛc.

¶ Cap. v. De vlcere putrido z sordido z eoꝝ curatione. Ca. v.

Quanū est vt i antiq̄ꝫ modernoꝝq̄ scpturis reperiat vlcus putridū a sordido non differre nisi ām magis z min⁹. Et ꝓpterea dū i vlcere sanies sordidat grossa generali tūc vt: vlc⁹ sordidū nōcupat. Uerū si ipa mā in malitia augeri videat ita q̄ caro seu pticula vlcerata ab ea corrūpatur z mortificet locū isup̄ escharādo. Cuius signū ē qz ab ipso vlcere putrefacto fumositates putride eleuari videnꝫ cū venenositate plerūq̄z z fetore nō puo: tūc putridū vlc⁹ appellat. Et ꝓpterea sua venenositate z putrefactiōe raro (vt inq̄t Aui. febris separat ab eo corpore vlcere putrido laborāti. Un̄ in ꝑ differt vlcus putridum a sordido: qz sordidū vlcus raro febrē gn̄at. Si vero ei⁹ malitia pambulare videat sup̄ mēbrū: tunc vlcus de gn̄e estiomeni dicēdū est quare de hac materia optīe dictū fuit. c. de cācrena z aschachilos ateꝝ estiomeno in doctrina a p̄atū. z etiā. c. j. vbi mētionem facimus de vlceribꝰ z de causis prohibentibus eoꝝ consolidationem. Quare pro tua necessitate ad predicta loca recurre: qz tam in theorica q̄m in practica multa necessaria ibidem annotata ad vsum p̄sentis capituli repies. ¶ Cause preterea istorum vlcerum sunt humores corrupti venenosi vt plurimuz: z maxime in putrefacto: magis tamē gros-

Nota. Nota. signuz distinctiuū i ter putridū z sordidū vlcꝰ

Aui. Aui. febris separat ab eo corpore vlcere putrido laborāti.

Arzi. Arzi.

Auic. Auic.

Digitized by Google

si in vlcere sordido reperiunt. Sunt etiaꝫ ebulientes ꝛ in sua ebullitione venenositatē acquirūt. Et propterea ab eis vlcere mala et difficillime curationis gnant. ¶ Curatio autē istorum vlcerū trib⁹ intētiōibus pficit. Prima est vitā ordinare. Scōa corp⁹ a peccāti materia eūare. Tertia ꝛ vltia est vlc⁹ medicaminibus localibus eradicare.

Cura-tio.

Prima itētio.

¶ Pria q̄dē intētio ꝓpleť adnistratione cibariorꝫ. ¶ Cibaria itaq; sūt doni sanguis gnatiua (put dictū fuit i doctrina frigidoꝫ apatum.) Et breuiter vtať carnibus castrati vituli gallinarū autū in arboribꝫ degētiū: potiꝰ assatis q̄ eliratis qꝛ minorē generāt hūiditatē. Bozago ꝓp ea petrosiliū mentaꝫ calamērū in brodio p̄dictaꝫ carniū vtiť ꝓcedūt. Panatella q̄ꝫ in eodē brodio: aut risum aut grue aut ferrū ꝓcedi pñt. Vinū siť i isto casu odoriferuꝫ nullo m̄dicēte sinthomate mediocriť liphatū vtilissimū est qꝛ gnat bonū sanguinē: quo multū indigemus i curatiōe istoꝝ vlcer. Ferculū siť i eodē brodio boraginatū cū herbis odoriferis decoctuꝫ ad ꝓpositū facit.

Scōa itētio.

Scōa itētio q̄ē cor⁹ eūare sic ꝓpleť. ¶ In p̄mis digerať materia scōz hu morū idigētiā. Et deīde ipa digesta euacueť catetrico ꝓpetēti. ¶ Et qꝛ amice pro maiori parte (vt dictū fuit) humores faciētes vlcus sordidum sūt hūores grossi putridi: q̄re digerant digestiuo ipm sanguinē grossum hūti putrificare cū aliq̄li subtiliatiōe: cuiꝰ talis pōt fieri ordinatio siue recepta. R. sirupi de fumoter. sirupi de succo c̄dinie vel loco eius de lupulis sirupi acetosi simplicis añ. ℥. ſ. aq̄ruꝫ fumotere: lupulorum endiuie añ. ℥. ſ. ¶ Sumpto siru. per heb domadam purgeť patiēs purgatione ista. R. diacaptolic. ʒ. vj. easle. ℥. ß. diafinicōis. ʒ. iij. cū decoctiōe cōi fiat potio breuis Uel facias sic ꝛ vꝫ qñ vlc⁹ putridū est cū ambulatiōe. R. diacaptoli. ʒ. vj. cōfectiōis amech. ʒ. ij. diafiniconis. ʒ. iij. cū decoctiōe floꝝ ꝛ fructuum cordialium fiat potio breuis: addendo sirupi vio. ℥. ſ. ß. Item interdum laboꝛātes talibus vlceribus pillulas de fumoterre aut aggregatias sumere pñt. Necessitentus vnica purgatōe sed plib⁹ ꝓpter māz etereogeneā ꝛ grossam a q̄bus talia vlcera gnant.

Digestiuū.

Tertia itētio.

¶ Tertia ꝛ vltia itētio q̄ cōsistit in administratiōe localiū sic ꝓpleť. ¶ In p̄mis si vlc⁹ fuerit sordidū: mihil meli⁹ q̄ß vlcus ab omni sordicie atq; carne squallida mūdare. q̄ optime pficiť vnguento egyptiaco mixto cū vnguento apl̄oꝝ aut ceracio vnguēto: aut si mp̄r vnguēto egyptiaco admistrato. ¶ Si vo vlc⁹ sordidū. ꝛ cauernosum fuerit laueť cū lixiuio in q̄ sit liq̄factū vnguēto egyptiacū. Et si patiēs fuerit ōlicate com plonis ꝛ vlc⁹ in loco plurimū neruoso sitū fuerit. Tunc lauetur locus cauernosꝰ cū isto collirio cū siriga ꝓiecto: cuiꝰ talis ē ordinatio. R. lixiuij barbitōsoris. ℥. iiij. puluer. carnꝫ male remotui. ʒ. ij. meilis rosa. ℥. ß. misceant oia adiuice siť agitado. Istō em collirius facit fere opationē vnguēti egyptia. absq; dolore: ꝛ q̄ꝛ ꝓponať seu fabriceť puluꝫ supascript⁹ i antidotario nro cū ō medicis cor-

Colli-rium.

Digitized by Google

rosiuis tractabim⁹ mẽtionẽ seu ordinationẽ faciem⁹ in.c.q̃z ō cura fluxꝰ sanguinis dictū fuit adde archimittā ipm pulueriz ꝓcipitatū appellari. ¶Ulc' sic' precipitatū putrefactū vnguẽto egyptiaco nr̃z no mirabil'r mũdificat.z si addaꝫ bilissie cũ eo decoctio lupinoꝝ cũ lixi uio ꝓcoctoꝝ esset valde vtile:qz opatio nis. (vt inq̃t Aui.autoritate Gale.) Aui. Gale. eradicat vnũqq̃ crãcrenosum vlcus. ¶Et si putrefactio dicta remoueri nõ posset aut vltꝰ aũdictis:tũc ad.c.de cura cãcre ne z aschachilos trãsire nõ nisi vtilissimũ esse puto. ¶Ar sivlce ra ꝑdicta videnꝫ perambulare sua putrefactiõe sup mẽbrũ cũ putrefactiõe toti⁹ particule vl cerate tũc ꝑ eoꝝ curatione ad capt'm de cura extiomeni necessariũ est trãsire. ¶Loco deniq̃ optime mũdificato existenti q̃ ob bonitatẽ sanios itatis nascẽtiaq̃ bone carnis cognoscit: ꝑ aliquos dies ifrascripto abiter Mũdi ficati uũ cũ i carna tione. suo ꝓcedẽdũ est:cui⁹ talis est forma.℞.mellis rosa.collati.ʒ. ij.terebẽ.clare.ʒ.iiij.succi apũ ij.succi plantaginis succi absint. añ.ʒ.iij.bul.oĩa simul vsq̃ ad ꝓsummationẽ succoꝝ deide co lent cui colature addãnt farie ordeacee bene cribellate.ʒ.vj. farie lupinoꝝ.ʒ.iũ.sarco.ʒ.j.ß. ¶Facta integra mũdificatiõe. si in isto mũdificatiuo adderẽt paꝝ mirrhe thuris paucedinis Colli riũ i cã icarnã di. iriosq̃ istoꝝ vlceꝝ optimũ eẽt incarnatiuũ. ¶Itẽ ad eãdẽ intẽ tionẽ ꝑ incarnatione mirabil'r vz istũ colliriũ.℞.aquꝫ vite.ʒ. ij.mirrhe aloes añ.ʒ.ij.thuris ʒ.j.z ß.croci.ℑ.j.paucedis sar. añ.ʒ.j.z ß.misce z vtere intrꝫ vl cus qz crede mihi mirabilis est operationis. Ungñ ℔o q̃ desu per oĩ tpe in forma petie appli cãdũ est sit vngñ de minio tra ditũ.c.ō fractura cranei. ¶Pro eius deniq̃ figillatiõe laneẽ lo cus cũ vino decoctionis rosaꝝ aluminis z mell'rosꝰ aut cũ lixi uio decocto cum melle ro.z aiu mine ponẽdo pulueriz infrascri ptũ sup vlcere stãte facta lotio ne.℞.alkimiis rocheꝫ vbusti.ʒ. iij.mirabolani citrini balaustia rũ añ.ʒ.j.terrefigil.ʒ.j.z ß.mi sce. ¶Et hic puto tibi sufficere ꝑ curatiõe istoꝝ vlceꝝ sub bre ui ꝓpẽdio posita deo dante ꝛc.

¶Ca.vj.de vlceribus cauer nosis z eorum cura. Ca.vj.

¶Ulcera cauernosa ꝑ Ulcera matcu ptẽ gñanť:et cauer z apatibus z exituris nosa. in vltima eoꝝ matu ratione supoꝛatis et vt plurimũ hoc ptingit qñ apa ta sunt in mẽbri profunditate. Queranť sic'a vulneribꝰ in lo cis neruosis eueniẽtibꝰ ꝑpter eoꝝ apationem:q̃ apatio qñq̃ sequit ea.Interdũ em̃ vlcera ꝑ dicta sunt genita a materia ca lida et aliq̃n a frigida. ¶Sed qũocũq̃ fit ꝑmissa tñ vlꝰ purga tione ꝑmissoꝝ bono regimine vite in sui cõestiõe z potu boni sanguis gñativo ꝓut.c.de vlce re corrosiuo.z in.c.añcedẽti bꝰ ctũ fuit ad q̃ ꝑ tui necessitate i hac purgatiõe recurras. Inten Cura. tio curatiõis istoꝝ vlceꝝ loca liũ admistratione ꝓpleť. ¶In ꝑ mis(vt inq̃t Aui.c.de vlcere ꝑ fundo z cauernoso)ꝑ curatione istoꝝ vlceꝝ i digem⁹ mũdifica tiõe nõ pua cũ exiccatiõe vehe mẽti sic'. Indigemꝰ isupvberta te cibi(q̃ sanguinẽ bonũ ꝓduc cat ꝑ gñatiõe carnis)ad iplen das cauernas mũdificatiõe ce

Digitized by Google

lebrata. Quapropter cū ad vlc⁹ carnosum pueneris si nō fuerit cū corruptione ossis ꝑsidera an mēbrū natural⁹ aut artificial⁹ possit situari ea figura q̄ ozificiū vlcerationis cadat in loco inferiori: ꝛ ꝓfunditas in loco superiori vel nō. Qđ si tūc nulla excusatio est (vt inq̄t Aui.) q̄ sceceꝛ vlcus sectione exq̄sitissima intm̄ q̄ nulla remaneat cauerna: vez vsq̄ ad radicē suam hoc totū faciēdū eē dico dūmō absq̄ venaꝝ arteriaꝝ atq̄ neruoꝝ incisiōe fieri possit. Qđ si ꝑdicta fieri nō possit: tūc cū lotionib⁹ inꝛ cū siringa ꝓiectis ꝑ eius curatiōe necessario trāseatur. (Et ꝓpterea dicebat optimus. Arnal. de villa noua) q̄ vlcera multas hꝫbētia cauernas nūq̄ interficiunt nisi cū liquoribus acutis intus cuz siringa ꝓiectis. ¶Et qꝛ aliq̄n cū istis vlceribus aliqua accidentia solent ꝓplicari: velut dolor aꝑa ꝛ mala ꝓplexio. Jō necessariū est in primis remoueanꝛ ꝓdicta accidētia añq̄ ad curationē vlceris descēdas: qꝛ intētio curatiua vlceris vt vlc⁹ est. i. q̄n nō ꝓplicaꝛ cū aliquo ex p̄noiatis accñtib⁹ est exiccatio. Et ꝓpter ea dicit Aui. q̄n cū vlcere cōplicatū est aꝑa aut dolor ꝛc. tūc nō ꝓuenit lauare vlc⁹: nec vio nec lixiuio: nec aqua maris ꝛ hmōi. Quasi dicēdo q̄ nisi curenꝛ ac cidētia ꝑdicta nulla curatio vlceris fieri pōt. ¶Ulterius vt ad ꝓpositū nr̄m veniam⁹. Ulcera cauernosa mūdificāt lotiōes facte cum lixiuio ꝛ melle ro. ꝛ alumine roche. Aqua ēt maris in isto casu ab Aui. laudaꝛ. Aqua ēt alumiosa cū additiōe mellis ros. cū ꝓpuetate sui inuamēti

Arnal. de villa noua.

Aui.

Aui.

in desiccādo ꝛ ꝓhibendo mate riā añcedētē summope vz. ¶Et si ista nō valēt ꝓ sufficiēti mundificatione coꝝ. lauare vlc⁹ cū collirio nr̄o ordinato in ꝑcedenti capꝛo carnis male remotiuo absq̄ dolore vtilissimum erit: qꝛ mirabilis est opatiōis et credo mihi ꝛ marie vlcere exñte i loco valde sensibili: cū natura ei⁹ q̄si sit vlc⁹ ab oi malignitate ꝛ putredine absq̄ dolore mūdificare. ¶Uez si via añdicta vlc⁹ mūdificari non possit: tūc accōmodatissimū est vnguentū egyptiacū descriptione nr̄a. ꝓfectū in antidotario nr̄o cum lixiuio barbitōsozis ꝛ parū mellis rosati dissolutū cū siringa ifra vlcus imponere: qꝛ mirā hꝫ ꝓprietatē in oibus vlceribus cauernosis. ¶Deniq̄ vlcere mundificato q̄ de facili cognoscit ꝑ p̄tiam bone sanitatis ꝛ ꝑ loci lenitatē: tūc ꝑ tres vel quatuor dies post applicationē mozdicātiū locus lotiōe ista abluēd⁹ est. R. aq̄ ordeacee. li. ſ. mellis rosa. ℥. iiij. bulliant vnica ebullitiōe. quo facto ꝑ ei⁹ incarnatione cū medicamine incarnatiuo absq̄ mozdicatiōe ꝑcedēdū est Et iō inq̄t Aui. c. vij. de nascentia carnis in vlcerib⁹. opz vt nō creeꝛ caro in vlcerib⁹ dōec mūdificeꝛ. Cum ergo mūdificata fuerit sanies ꝛ caro putrida: tūc elōgeꝛ oē medicamē mozdicatiuū ꝛ absterſiuū cū fortitudie qualiacūq̄ sint vlcera ꝛ in quocunq̄ loco. ¶Pro incarnatione itaq̄ istoꝝ vlceꝝ talis fuit medicine ꝛ carnatiue ordiatio nr̄a. R. aq̄ ordeacee li. ſ. mell. ros. ℥. iij. sarcocol. ʒ. ij. mirrhe thuris. ana ℈. ſ. vini odoriferi. ℥. vj. bulliāt oīa sil⁹ vsq̄ ad ꝓsumationē

Nota collirium gulare

Aui.

Medicina in

tina.

Digitized by Google

tertie ptis. ℣Et nos ḡdē iā diximus et cōnumerauim⁹ medicinas gñatiuas et carnis creatiuas.c.de vulnere in vñ. et. c. de medicinis gñantib⁹ carnē. ꝛre ad plenioꝛē doctrinā pñtis capli capla p̄notata ſuideas. qꝛ ibidē multa neceſſaria multaq; vtilia adyſum pñtis capli ſunt deſcripta qñ intētio ſtat i gñatiōe carnis ꝛ in icarnatiōe vlceris. ℣Et fortaſſe hic mētionē faciem⁹ de eq̄alētioꝛibus eaꝝ medicinaꝝ incarnātiū vlcera ſub forma ꝓpoſita. ℞. tereb. clare. ℥.ij. mellis ro. ℥.j. ſarcocolle. ℥.iij. glutinū piſcium dragagāt. añ. ℥.j. ātimonij aduſti plūbi ſil⁹ aduſti añ. ℥.j. ℈. cē tauree ſucci. ℥.ij. aut loco eius pulueris. ℥.iij. farine ordei bñ cribel. ℥.j. ℈. croci. ℈.j. bulliant tereb. cū melle roſa. parū deiū oīa miſceāt adinuicē: qꝛ in iſto caſu mirabilis eſt icarnatiōis. ℣Et nota q̄ defenſiuū deſcriptū. c. ō vulnere adiutoꝛij i circuitu iſtoꝝ vlceꝝ poſitū mītū ad ꝓpoſitū facit locū ꝓfortando ꝛ materiā antecedēte phiempl⁹ bēdo: ꝛre illuc recurras. ℣Ulteri⁹ in quocūq; ꝛpe iſtoꝝ vlcerū vngīm de minio ſup petia in forma ampla vtil⁹ ꝓcedit: cuius receptā ſiue ordinationem ca. de fractura cranei annotatā reperies. ℘ro ei⁹ denig; ſigillatiōe ꝓcedēdū eſt put in añceḡti. c. dictū fuit. ligatura ḡꝛ ſi vlc⁹ fuerit i brachio vel i tibia plꝰm valet in iſto caſu. Quā obrē de mō ligādi ꝛ faſciandi vulnera ꝛ vlcera optimam tibi doctrinā dedim⁹ li. de vulneribus. c. de ligatura. quare ꝓ rua neceſſitate eūdē recurſū habere potes. ℣Et ſic deo dante cō

Nota.

Nota.

pleta eſt doctrina preſentis capitis nomen ſit benedictū.

℣Capitulum. vij. de vlceribus que cum difficultate ſanantur. Et de vlcere difficilis conſolidationis cum proprietate nobis occulta. Et de eorum curatione. C. vij.

ESTante Aui. tracta. vlcerū. de vlceribus. c. x. vlcera quoꝝ difficultas eſt ſanatiōis ſūt illa ꝓpter putrefacta coꝛroſiuo et fiſtuloſa: quaſi dicens. Auic. vlcera quoꝝ difficultates ſanatiōis ſūt illa ꝓpter putrefacta coꝛroſiuo et fiſtuloſa: quaſi dicens. Auic. do q̄ licet iſta vlcera cum difficultate ſanentur: ſunt etiā alia vlcera difficillime curationis: quorum omniū. c. ij. in quo tractauimus de cauſis prohibentibus cōſolidationē vlceꝝ cōmemoratio facta fuit. Dico igitur q̄ omnia vlcera vicinantia neruis aꝑoſa mala cōplexionata obſtraquoſa cū oſſe corrupto: ꝛ preſertim in cūcturis ꝛ in coꝛpore multarū ſuperfluitatū velut ſunt coꝛpora p̄gnātiū ꝛ lepꝛoſoꝝ. Et bꝛeuit aſſociata oīa vlcera cauſis ꝛ accīdentib⁹ i ꝓall. c. ꝓnumeratis merito poſſunt cō numerari in nūero vlceꝝ difficilis ſanationis. Qua ꝓpter (vt ſupi⁹ dcm fuit) ſūt aliq; vlcera q̄ nō ſunt de gñe coꝛrodētiū putrefactoꝝ ꝛ fiſtulaꝝ ꝛ tñ ſunt difficillime curatiōis. Iccirco Aui. cognouit eſſe neceſſariū vniuerſale capitulum oꝛdinare ꝓ curatione omnium vlcerum difficulter ſanabiliū. Et ꝓpterea dixit abſolute: ſūt ꝓter coꝛroſiua ꝛc. ℣Et qꝛ varie ſunt cauſe varieq; acciden tia quibus conſolidatio vlcerum impeditur: hinc eſt qō modus rectus deſcribi non poteſt curationis omnium predictoꝝ

Aui.

Digitized by Google

rū vlcerum: sicut in ꝑcedētib⁹ capkis ꝺscriptū fuit. Quāobrē ad hoc ꝑm iuuabit cās reuide re q̄b⁹ ꝑsolidatio i vlcerib⁹ retardat in dcō. c.ū. vbi tractauimus de diffinitiōe vlcer & eor diuisione ꝺre ꝺ necessitate vlcus reddūt difficilis sanatiōis qꝛ ibidē inuenies mkta necria ad vsuz pntis capkis tā i practica q̄ in theorica. Et ꝑpea pro tua necessitate ad illō recurras.

Cura-tio.

¶Cetez vt ad ꝓpositū nr̄z redeam⁹. Curatio istoꝝ vlcerū. Premissa vkī purgatiōe ꝑ flōmiā & vētris solutionē ꝺm necessitatē hūoꝝ peccātiū ꝑmissoꝝ bono vite regimīe put cōplexio egrotāt & vlcer nā postulabūt ꝓplex administratione multoꝝ localiū de q̄b⁹ infra dicet. ¶Uez añq̄ ad ordinationē localiū ꝓueniam⁹ puto ñ nisi vtilissimū eē ꝓmēozar cās & accūtia q̄ cōiter qñ cū vlcerib⁹ reperiunt eoꝝ curationē difficilē reddūt. Et lz ꝑnotatas cās & accūtia i dicto. c. plenarie de scripserim: tñ ad ãpliozē doctrinā pntis capkī ꝑdictas cās iterū ꝓmemozabo. ꝑSūt itaq̄ ve lut dolor mala ꝓplexio loci vlcerati pctm̄ sanguis i q̄to aut in q̄li: apa os coꝛruptum labia dura siue obstrāsa. Caro mala siue superflua labioꝝ mollities mala vlc⁹ ꝺiscrasia tā i caliditate q̄ i friditate: figura vlceris rotūda superficialis: & figura fistularis aut figura ei ꝓportionata. ꝑHis ꝑterea cāis enūerat q̄ vlcez sanationē impediūt. Tps est deinceps subtexi ꝺm ōē earū ꝺ modū ꝺmotiōis describēdi. ꝑDico igit in primis q̄ si cā istiꝰ impedimēti in retardatiōe sanatiōis vlcez fuerit dolor consideranda est in eiꝰ remotiōe: an dolor sit intēsus disting. ipm penes diuersitatē sue cause efficiētis. Quapropter nō sine vtili rōne a nobis distinguet ꝑdictꝰ dolor vez remissꝰ & clamosus. Remissus q̄dē: est aliq̄n cuꝰ acumē siue malitia inducias ꝓstat: aut cuꝰ acumē siue malitia inducias nō ꝓcedit. Cā etem q̄rū. s. clamosi et remissi doloꝛis in ꝓticula vlcerata cōiter eē affirmat mala cōplo vlcerate ꝓticule aut solutio cōtinui aut vtriusq̄ si l. ꝑEt lz dolor plerūq̄ a multis ꝺ causis: vt hꝛ ab Auic. c. de dolore. Auisolet in vlceribꝰ gnari. ꝑTñ i pntiarum tm̄ modo de dolore a mala cōplexiōe calida sīr frigida ꝓtingēte docemꝰ moduz remotiōis ipsi⁹. ꝑDico igit q̄ si doloris cā fuerit mala cōplexio calida: cuiꝰ acumē inducias cōcedit ꝑmissis vkibus ꝑ eiꝰ remotiōe mirabilr vz vngm̄ de litargirio cū oleo rosato et succo plātaginis & alijs de q̄bꝰ in recepta ꝺr. Sīr vz vnguētum de ceruſa albū cāp ꝺzatū: vnguentum: de minio: vngm̄ de plūbo: albumine oui cōq̄ssatū cū oleo ro. et succo lactucarū & plāt. deiñ in mortario plumbi cū litargirio & vnguēto popnleone ana. q̄stū sufficit. Sīr q̄z vngm̄ de plūbo. et vnguentuz de tucia descriptione nr̄a ordinatū ad hanc intentionē mirū in modū iuuasse percepimus: de quibus oibꝰ deo dante tibi ordinationem faciemus. ¶Si vero mala cōplexio fuerit valde calida et sicca causans dolorem tunc suffumigatio maluarum violarum ordei psilij & seminis citonioꝝ erit valde vti-

Digitized by Google

emplz lis. Emplz etiã de maluis vio-
lis z pomis cũ vnguento ro. z
oko violato in isto casu mirabi
liter cõfert. et si causaꝫ dolor a
mã corrodẽti siue maligna aut
virulẽta: tũc ad auferẽdũ dolo
rẽ malignitatẽ z corrosionẽ vl
cex puluis noster carnis male
remotiu⁹ pntentaneum reme
dium erit. ¶Si vero dolor vꝫ
causari aliqua retentiõe mate-
riei tũc sedaꝫ dolor (put dictuz
fuit in doctrina vulnex ab ista
cã cãtus.) Aꝫ si dolorus cã fue-
rit mala cõplexio frigida pro
vnguẽ ei⁹ remotiõe valet vnguẽtũ fu
tum. schũ: z vngñ basilicum: z vn-
guẽtũ citrinũ. ¶Insup si vera
cã istiꝰ dolorꝰ fuerit solutio cõ
tinui cuiꝰ doloris acumẽ indu
cias cõcedit sp (vt supiꝰ dictũ
fuit) pmissis vtilꝰ valẽt sim
plicia oia anodina q̃ dolorẽ in
fallenter sedant z calorẽ mẽbri
naturalẽ multiplicãt z ꝓfortãt.
Caloꝛ eñ naturalis mẽbri con
fortatꝰ repugnat omni rei noci
ue. ¶Sũt simplicia ꝑdicta ve
lut vitella ouoꝝ cũ oleo rosato
z croco: aut cum tereb. et croco.
vnguẽ Aut oleũ ẽ vitellis ouoꝝ. Aut
tum. de ipericone. Unguẽtũ q̃z basi
licũ extra applicatũ: mirabilꝫ
vz. Oleũ etiã rosa. onfancinum
et camomil. cũ cera alba suffi-
cieti parũq; croci ad hanc intẽ
tionez mirabilꝫ valet. Empla
strũ q̃ in cã sedatiõis doloris i
doctrina apostematũ fuerunt
ordinata pro hac intẽtiõe vti-
liter administranꝫ. ¶Uerum si
doloris acumen inducias non
concedit loco doloroso et par-
tibus circuniacentibus narco-
Narco tica domestica applicenꝫ. Ue-
tica. lut emplm cõfectum cũ foliꝭ
emplz papaueris albi: si mul cum fo-

liꝭ de iusq̃mo: involutis cuz
petia in aqua madefacta z sub
prunis decoctis: deinde oibus
pistatis et cribellatis cuz oleo
ros. onfancino z vnguẽto popu
leone. cum predicta cribratura
parũq; cere ad ignẽ fiat ẽplm.
¶Itẽ ad eandẽ intentionẽ. R.
foliorum violarũ malvarũ ius-
q̃ami ana. ℥v. ij. oibꝰ in sẽ deco
ctis pistatis et cribellatis cum
oleo neufarino de papauere et
cera alba cum dicta cribratura
fiat mixtura ad modum cerdi
addendo filonij persici. ʒ. vj.
¶Itẽ. R. olei ℥ papauere: olei cerotũ
camo. olei vio. ana. ℥. j. cere al. Lini-
ʒ. vj. Ad ignẽ fiat linimẽtũ ad mẽtũ.
dẽdo lactis mulieris. ℥. k. opũ.
℈. j. croci. ʒ. j. vitellũ vniꝰ oui
et in mortario plũbi oia simul
per horã ducantur. ¶Ulterius
si difficultas sanationis ꝑpter
malã cõplexionẽ vlcerate pti-
cule ꝓcedere vꝫ cõsiderãdum
est an mala complexio ꝑdicta
calꝝ fuerit: an frigida materia
lis an imaterialis. ¶Nã si calꝝ
fuerit: localibꝰ q̃ocũq; sit cu-
reꝫ: z auxilijs refrigerantibus
vez vnguento de ceruſa: alijs
superꝰ annotatis. Colliriũ q̃z
ad eandẽ intentionẽ cõfectum
cũ aqua ro. z plãtagi. z si ef al-
bo sine opio mirabilꝫ vz. Pre-
tereaꝛ tingit sepenumero diffi
cultatẽ sanatiõis vlcex euenis-
re ex pctõ sanguis vez aut i q̃
to aut in q̃li. Si in quanto: aut
qz supfluꝰ: aut qz diminutꝰ. Et
si in q̃li aut qz peccãs i cõple-
xiõe vez calida frida hũida z
sicca simpliciꝫ ꝓposita cũ ma
teria vel sine materia: vt i ℞al.
c. dcm fuit vez. c. ij. ẽ diffinitiõe
vlcex. ¶Si igiꝫ sãguis peccãs
fuerit i q̃to qz supfluꝰ: cura ꝑ

Digitized by Google

ciaꝝ cum dieta tenui ⁊ fromia miorativa. Cōpleꝯ isup extractiōe sāguis peccāt̄ i quāto ex vlcere. Et i eiꝰ circuitu administrādo sāguisugas p̄dict̄. ℣ At si sāguis peccās fuerit i ḡto: qz diminutꝰ p eiꝰ curatiōe cōpleꝯ administratiōe grosse diete boni et mꝛi chimi gñatiue nutrimētū ꝯz ad locū vlceratū at trahēdo fricatiōibꝰ ⁊ vnctionibus ⁊ fomētatiōibꝰ anodis. et Nota. hoc ꝓtinuādo dōec mēbrū corrubescere et tumescere videatur. ℣ Sikr si sanguis peccans fuerit in ꝯli qz in ꝓplexiōe calida materiali calida mā euacuetur. ℣ Si fuerit subtilis cum reubarbaro mirabolanis prunis tamarindis pulpa cassia aq̄ sine vino duoꝝ granatoꝝ dulcozate seu inlebbizato: moze q̄ dictū fuit. c. de essere: māna et his cursu eoꝝ currentibꝰ. Et si necesse fuerit euacueꝯ materia cū electuarijs de succo rosaruꝫ mesue de psilio ꝺscriptiōe Mesue. de sebestē. ℣ Si vo materia fuerit grossa p adustionē purgeꝯ ipa electuario linitiuo amech: diasene: cassia vigozata cū sene pillulis idis pil. de fumoterre aq̄ Nota. lactis: sene ⁊ similibꝰ. ¶ Et nota q̄ mā calida subtilis digeratur añ eūationē cū sirupo rosato de endiuia acetoso simplici: oxizachara nenufarino violato cū aq̄s endiuie violaꝝ acetose ozdei epatice cucurbite nenufaris portulace solatri ⁊ similiū. Si eñ mā fuerit grossa Digō ad ma p adustionē digereꝯ cū sirupo teriaz de pomis: de bugloſſa de lupulis: nuleb violato: de fumoterre grossā et similibꝰ. ¶ Unū tñ sup ꝑ no ⁊ adu- stkam. tandū est q̄ semp regimē in comestione ⁊ potu et alijs in rebus non naturalibus fit ꝓportionatū pctō i his ⁊ in alijs cōplonibꝰ q̄ cū vlcere reperiūt. ℣ Et si forte i his affuerit febriz tāto magis ꝓnolata augeanꝝ i gradu friditatiz aut addāt aut minuanꝝ sm q̄ febriz fuerit validioꝛ āt remissioꝛ. Si aūt peccās fuerit i cōplone calida simplici vel ꝓposita sine materia: geren tūc alternātia sola digestiua sutia materia perius annotata absq̄ eūatione cibi sufficiūt. ℣ Si i mala cōplexiōe frigida materiali pctm̄ fuerit tūc ipa materia euacueꝯ si ſlatica fuerit cū aloe agarico pollipodio turbith electuario de dactilis electuario indo pillis aggregatiuis ō iera cū agarico: pillulis cochijs: pziꝰ tñ sp dirigēdo materiā cū sirupo de bizātijs ꝓposito de geniabin oximelle simplici sirupo acetoso cōposita melle rosato et alijs cū aq̄s feniculi borragis apij melliſe maiozane mēte absinthij ⁊ aq̄ mellis ⁊ siſkibus. Cōferūt ēt alternātia ista absq̄ purgatiōe in mala ꝓplexiōe frida sine mā. Uz sikr curatio p̄dicta i mā frigide ⁊ hūida materiali ¶ Uez si peccās fuerit ꝓplo hūida sine mā sola digestiua ꝓueniūt. ℣ At si peccās fuerit in ꝓplone sicca mālicure erit ꝑ euacuationē materie meſie cū rectificatiōe membroꝝ mādatiū ⁊ gñantiū illā. Et si imaterialis fuerit cura ē cū calis ⁊ hūidz. ¶ Et hec pauca de cura sanguinis peccātis dicta sint. ¶ Ulteriꝰ dixim̄ roborādo ⁊ vlceꝝ facere ad diffi- cultatē sanatiōis eoꝝ. Et hoc nō aliam ob causam (vt asserit philosophus) nisi propterea quia labia coꝝ magis distare

Digitized by Google

videntur. Quare prudentissimi chirurgici est ferro ignito aut causticomedicamine de rotundo vlcere ad lōgitudinē reducere. ¶ Et breuiter rka gnalissima est in curōne istoꝝ vlcerꝝ: qō si cā difficultatis curōnis eoꝝ fuerit malitia sanguis: tūc exhibeat cibus q̄ sanguinē bonū valeat gnare z sit hmius illi: cui⁹ difficultas sanationis plerūq; in vlceribus efficit. ¶ Et si cā fuerit paucitas nutrimēti: tūc fit multiplicatio sanguis dilatando vitā in cibo bono. ¶ Uel si cā pohibitionis ꝓsolidatiōis vlcerꝝ fuerit mollificatio a materia sordida: tūc curat curōne vlceris sordidi z mollis. ¶ Et si cā fuerit exiccatio supflua (vt alꝫ dictū fuit) dūmō nō fuerit adhuc vlcus fistulosum: tūc curet hmectātib⁹. Et in hoc pm̄o iuuat vt diximus auice. Aui. q̄ mēbrū vlceratū aliquo igenio suffumigatiuo domestice hūctationis sudare facias: deinde administrando medicinas paucissime exiccationis. (Jō inqt Aui.) Et fortasse ꝓfert pānos infusos aq̄ tepida admīstrare. Et si cā fuerit malitia accedētis: puta alicuius corruptionis cācrenose: tūc cura illud accidens curōne tradita. c. de cancrena z curōne vlceris putrefacti. ¶ Et si cā fuerit varices exītes in mēbro vlcerato. tūc pro eius curōne succurrendū est curōne vlceris varicosi. ¶ Sicqꝫ mō si cā fuerit fistula ad curationē fistule recurras. ¶ Pro curōne itaq; aliarū cārū facientiū difficultatē sanationis vlcerꝝ de quibus supius locuti sumus eas ibidē ꝓnūerādo: recurre ad ca. scōm pītis libri de vlceribꝫ: qꝫ in eo curōnē breuē z vtilē oīm ꝓdictaꝝ causarum inuenies annotatā. ¶ Deniq; vt sermoni pītis capli finē imponamus descēdā ad ordinationē auriliorꝝ (prout superius tibi pollicit⁹ sum⁹.) In generali itaq; amice loquendo de vngūētis ꝓferentib⁹ vlceribus q̄ sunt cū difficultate sanatiōis sunt vngūēta infrascripta. Quo Ungst rum forma prima talis est. ℞. olei mirtini olei ro. onfancini. añ. ʒ.iij. sepi hircini sepi vituli añ. ʒ.ij. folio. plātag. matrissilue cimarum rubi fol. mirtillorum z granoꝝ eius. fo. olinaꝝ silue strium caude equine. añ. ℥.j. hipoquistidos. ʒ.r. pomigranati integri acetosi nume. ij. acetoselle siue allelnie acetose. añ. ℥.j. ℞. vnguenti populeonis olei ros. completi. añ. lib. ℞. oīa contūdantur adinicē. z bulliāt cū ciato vno aque plātaginis z tantūdē aque ros. vsq; ad ꝓsumationem aquaꝝ: deinde fortiter colentur: cui colature addat cerule. ʒ.ij. litargirij aurei z argentei. añ. ʒ.ss. z medij minij. ʒ. ℞. boliarmeni terresi gillate. añ. ʒ.j. ad ignē lētū bulliāt baculo agitādo ꝑ duas horas. deinde ignē vigorando itē bulliādo nec acquirāt colorē nigerrimū. addendo in fine coctur cere al be quantum sufficit. Et fiat vnguentum in bona forma qō est magne efficatie in omnibus vlceribus difficillime curatiōis.

Aui.

Aui.

¶ Item ad eandem intētionem cum maiori exiccatione et vastiori leatin vlceribus que cum difficultate sanantur cum ꝓprietate nobis occulta: id est in omnibus vlceribus: quorum sanatio retardatur sine manifesta causa. ℞. olei onfancini olei mir-

Alind fortius

Digitized by Google

ana ℥.ij.℔.sepi castrati vitu
li hircini aā ℥.ij.pinguedinis
porcine liq̄facte.℥.iij.succi plā
taginis succi solatri senguine
aā ℥.j.℔.aluminis roche calcis
ter in aqua extincte ℨ lote.aā
ʒ.vj.balaustiaꝝ corticū granato
rum mirabolani citrini aā ʒ.vū.
viridis eris.ʒ.v.scorie ferri.ʒ.
x.sarcocolle.ʒ.ij.ois adinuicez
ꝑundant ℨ misceant ꝑ die na
turale sic pinanēdo postmodu
bulliāt paꝝ.Deide fortiter co
lent cui colature addat de cera
alba q̄tus sufficit:ℨ fiat vngm
molle addēdo litargirū aureiz
argētei aā ʒ.r.cerusse.ʒ.vj. plū
bi vsti scorie ferri aā ʒ.v.℔.anti
monij.℥.s. argēti vini extincti.
℥.j.ois adinuicē misceant ducē
do in mortario marmoreo ꝑ ho
rā cū pistello vltimo loco addē
do cāphore tritu.℥.j.Et no.qō
istud vngūctū de siccādo mira
bilr opitulat oibus vlceribꝰ vi
rulētis malignis corrosiuis et
alijs q̄ reddūt vlcera cū difficī
li sanatiōe:ℨ eo magis dico ista
duo gña vngūctoꝝ in p̄dictis
vlceribꝰ valere qō prius fuerit
administratus puluis carnis
male remotiuus.Et ip̄m tādin
administrabis donec cognoue
ris vlcꝰ esse integre mūdifica
tū de quo notabili puluere deo
dāte in antidotario nr̄o mentio
nē faciemus:ℨ ibidē ordinabilr
modus ipsum fabricādi.Aqua
ēt gluminosa cū deco.reꝝ infri
gidātiū ℨ stipticantiū sicut sunt
rose balau.ℨ hmōi in isto casu
mirabilr vz:ℨ marie interfecta
vlceꝝ malignitate per applica
tionē dicti puluerisꝓ Multa p̄
terea remedia in mediū addu
cere potuissem:tñ ea tñ tibi de
scripsimus q̄ vtiliora cū hono

Nota vngue tum.

re ℨ vtilitate egrotantium inue
nimus.Et sic deo dante ℨc.

¶ Capm.viij.de fistula. C.viij.

FIstula(vt in antiqs ℨ modernis reperit monumentis)habet ꝑ vlcere cauernoso paruū orificium ha bente ℨ pfunditate ampla cū callositate ipsum circundante. Fistula.

¶ Cuius spēs(vt testant autores)quatuor sunt.Prima quaꝝ carnosa fistula vr:qz in carne tā tum sua habet sedē.Secūa vero neruosa:qz eius peccatū in ner uosa parte ptinet.Tertia in ve nis ℨ arteriis sua hz natiuitatē. Quarta ℨ vltima ossuosa vocat: qz eius aduentus in osse repe ritur.Fistaꝝ aūt fistulaꝝ q̄da est in regione spūalium:velut in pectore:q̄dā in capite cū cor ruptiōe ossis ℨ vr talpa:quedā aūt in mādibula:quedam in vē tre:quedā in oculo prope angu lum ℨ vr lachrymalis quedā in ano:ℨ quedā in iuncturis:ℨ iste sunt difficiliores sanationis ce teris testāte Guillelmo de sali ceto dicente.Fistula q̄ vadit ad aliquā ex costis vel spōdilibus vel ad aliquā iunctura:puta ma nus aut pedis semp suspecta ē de mala ℨ longa terminatione. Que vero in carnosis mēbris existit cum multis cauernis nō est tanti periculi:sed cū maria difficultate sanat propter eius absconsiones.Judicat insuper q̄ fistula que est in membro no bili vel prope ipsum penetrās ad interiores particulas:velut ad partus ventrem aut vesicā ceteris est deteriosis curatio nis. Spēs. Guill. de sali ceto. Cura ℨ tio fi

¶ Curatio fistule quatuor intentionibus cōpletur.Prima est vitam ordinare, Secūa totū

Digitized by Google

corpus euacuare. Tertia inte-
riora membra cōfortare. Quar
ta z vltima medicaminibus lo
calib⁹ fistulā destruere ipsamq;
destructam seu interfectam ad
Prima sanitatem reducere. Prima intē
intētio tio q̄ie vergitur circa vite ozdi
nationem sic completur: videli
cet egrum cibādo cibis qui in
subſtantia qualitate z quantita
te cōtrariantur illis causis que
consolidationem fistule impe-
Scda diunt. ¶ Scda vero intentio q̄
intētio est totū corpus euacuare cōple
tur potione seu catartico totius
corporis plenitudinē euacuan
te ptius semper materiam dige
rendo iuxta humorum necessi
tatem: prout in antecedenti. c.
plenarie locuti sumus. Qualiter autem materie antecedētes in isto casu debeant euacuari z digeri satis dictū fuit in doctri
na apatum z in antecedenti. c.
Tertia quare illuc recurre. ¶ Tertia in
intētio tentio q̄ est membra interiora
ꝓfortare cōplēt administratiōe
Digitized by Google

lutina que resolutiõ panlatine cũ refri
materi geratiõe: z hãc ꝯdẽ opationem
rie cho faciũt i mã cholerica. sic̃ fũt fo
lerice. lia malue violarũ altee farina
Reso ordei fabaꝝ et hmõi. Alia sunt
lutiua q̃ resolutiue mãm calidã sangui
materi neã: velut camomilla q̃ inter ce
rie san tera resolutiua simplicia (vt te
guinee stanꝫ autores) ꝓnciparum obti
net. Dicũt em ipaz resoluere si
ne attractiõe. Sũt etiã alia re
solutiua: velut mellilotũ anetũ
caules blete folia altee volubi
lis. Et q̃ currũt cursu eaꝝ: sicut
farta tritici farina ordei farina
fabaꝝ medulla panis i brodio
carnis decocta. Alia denicꝫ sũt
q̃ resolutiue mãm calidã mixtam
cuz frigida: sicut radices altee
capita liliorꝫ radices baucie fa
rina tritici farta fenugreci fari
na lupinorꝫ furfur medulla pa
nis furfuracei et hmõi currẽtia
Reso cursu eorꝫ simpliciũ. ℣ Sicꝛ ꝙz
lutiua ꝙdã sunt simplicia q̃ vtutẽ hñt
materie penitꝰ mãm frigidã et grossam
grosse. resolutiuã: sicut sunt camomilla
melilotũ anetum absinthiũ fe
nugrecum semẽ lini radices al
tee capita liliorũ cũ farina triti
ci et furfure triturato adinuicẽ
cũ oleis z pigueginibꝰ anodi
nis ex ꝙbꝰ ꝙz artẽ ad hãc inten
tionẽ vcz i mã grossa z frigida
pharmaca diuersa a medico or
diari pñt. ℣ De piguedinibꝰ isup
resolutiuis fũt pinguedines gal
linaꝝ caponũ ãseꝝ gruis ana
tis hmõi. Medulle ꝙz resolue
res cũ mollificatiõe sunt velut
medulle boue vituline castra
ti cerune currẽtes cursu eaꝝ.
Sepũ sicꝛ hircinũ castrati vitu
li z vacce cũ mollificatiõe resol
uunt. ℣ Ex gũmaꝝ spẽbꝰ ẽt cũ
tẽpamẽto resolutiuis sunt ve
lut terebẽ. laudanum sordicies

balnei ysopus humida cera z
alueorũ sordities Resolutiua ẽt
magis ꝙz añdicta sunt velut ar
moniacuz galbanum serapinũ
oppopõacũ mirrha thus bdel
lium colofonia: z oia currentia
cursu eorum ꝓsunt ad hanc
intentionem reduci.

¶ Viso sufficiẽti ꝛmone i añce
denti. c. de medicis simpli. re
sol. penes vnãquãq; intentionẽ
accõmodatis: iuxta necessitatẽ
materiei: videda sunt deceps
auxilia ꝓposita ad vnãquãq; in
tẽtionem accõmodata: vcz sim
plicia resoluentia debiliter ma
teriam calidam cũ refrigeratio
ne et que magis resoluunt ꝛc.
Similiter etiam hic de compo
sitis rosolutiuis dicendum est. C.iiij

℣ Et sic deo ꝛc.

¶ Cap. iiij. De medicinis re
solutiuis compositis.

Dico i pmis oleũ
rosatũ ꝓpletũ odo
riferũ pmvalet i
resoluẽdo mãz ca
lidã cholericã: qz
mẽbra calefacta
ffrigerat z frigefacta calefacit:
(vt inqt Gal.) Oleũ ꝙz violatũ Gal.
cũ modico ꝓnoiati olei pluri
mũ iuuat. ℣ Unguẽtũ etiã rosa
tũ Mesue cũ oleo rosato vel ca
momillino mãm cholericam re
soluẽdo membra ꝓfortat. ℣ De
coctio ꝙz maluaꝝ violarũ altee
melilloti ordei seminis citonio
rũ parũ camomille mãm chole
ricã cũ lenitate z refrigeratiõe
resoluit. ℣ Albumina ꝙz ouorũ
cũ suis vitellis conquassata cũ
oleo rosato ꝓpleto z paꝝ camo
millini parũq; succi plãtaginis
z solatri aꝑata herisipilata ex
tinguẽdo seu refrigerãdo resol
uit. Idẽ facit farta ordeacea de

Digitized by Google

cocta in decoctiõe malue rosa
rũ ordei ⁊ pue camomille cum
oleo camomillino rosa. et viola
to de oibus empl̃m faciendo.
¶ Resoluẽtia etiã materiã cali-
dã sanguineã sunt: velut oleum
rosarũ cõpletum camomil. ane.
de lilio cũ cera alba ⁊ croco ad
ignẽ faciẽdo linimẽtũ. ℣ Item
ad eãdẽ intẽtionem. ℟. olei ro.
opleti olei camo. ane. ãñ. ℥. j. pi
guedinis anatis galline olei
amigdalaꝝ dulciũ. ãñ. ℥. ß. cum
cera alba sufficẽti fiat linimen-
tum ⁊ vtere super membrũ cum
lana succida. ℣ Et de ẽplis sic̃r
valẽtibus ad hãc intẽtionẽ sunt
empl̃a infrascripta. ℟. medulle
panis infuse in brodio carnis
vel gallinaꝝ li. j. deide cũ oleo
camomi. ro. ⁊ pue croci ad ignẽ
fiat empl̃m solidũ ⁊ vtere sup
flegmone: qz mirabiliter resol-
uit ipsum. ℣ Itẽ. ℟. medulle pa
nis furfuracei li. j. ß. deinde cũ
decoctione camomil. melli. pari
tarie caulii ad ignẽ fiat empl̃m
solidũ addẽdo olei ro. camomi.
ãñ. ℥. ij. olei viola. pinguedinis
galline olei amigdalaꝝ dulciũ
ãñ. ℥. ß. croci. ℈. j. ⁊ vtere qz mi
rabilis est operationis in resol
uendo. ℣ Itẽ aliud nobilissime
operationis. ℟. radicũ altee li.
ß. capitum filioꝝ albozꝝ. ℥. ij. oꝛ
dei mũdi. ℳ. j. oĩb⁹ prius deco
ctis cũ aqua pistatis ⁊ cribella
tis: deinde cũ oleo ros. pingue
dine gallinacea parũq; butyri
⁊ paululuz croci cum cera alba
sufficienti ⁊ cribratura fiat cero
tũ molle. q⁹ sepenumero exper
tus sum in aꝑatibus assellaꝝ ⁊
ginginaꝝ in exteriori parte po
sitũ: presertim in dño meo Joã
ne vincle p̃posito. ℣ Itẽ ad ean
empl̃z dẽ intẽtionẽ. ℟. fari. oꝛdei fari.

fabaꝝ ãñ. li. ß. farine tritici fur
furis triturati ãñ. ℥. iij. camom.
melk. pisti ãñ. ℳ. j. oĩa cum bro
dio carnium vel gallinaꝝ ⁊ sa-
pa sufficienti bulliant vsq; ad
spissitudinẽ solidã addendo in
fine olei camomil. ro. ⁊ ane. ãñ.
℥. ij. ⁊ vtere more empl̃i: qz in re
solutõ flegmonẽ p̃sertim cũ
admixtione materie grosse di-
uina est medicina. ℣ Ad eandẽ Cero ⁊
intẽtionem cũ maiori mollifica tum.
tione vz infrascriptũ auxilium
℟. radicis altee decocte et cri-
bel. li. j. capitum lilioꝝ albozꝝ
eodẽ modo decoctoꝝ li. ß. olei
ros. ℥. ij. olei camomil. ane. ãñ.
℥. j. olei amigdalaꝝ dulciũ olei
violati butyri pinguedinis ana
tis galline ⁊ anseris ana. ℥. vj.
pinguedinis vituli liũfacti. ℥.
ij. ß. ad ignẽ cũ cera alba suffi
ciẽti fiat cerotum molle adden
do croci. ℈. ß. Et hec ẽstũ de me
dicinis ꝑpositis resoluentibus
materiã sanguineã ⁊ cholericã
resolutione temperata. Resol
¶ De medicinis vero ad mate uentia
riam mixtam faciẽtibus vez ca mate-
lidam ⁊ frigidam modo dicen- riã mi
dum est. ℣ Et primo dicemus xtam.
de oleis. ℣ Oleũ sambucinũ de
lilio cũ pinguedine gallinacea
plurimũ valet. ℣ Oleũ ℔z nardi
num de lilio anetinum ⁊ camo
millinũ idẽ faciunt. ℣ pingue-
do sic̃r anatis gallinaꝝ ⁊ anse
rũ cũ oleo camomillino anetino
nardino ⁊ sambucino ⁊ de lilio
cũ cera alba sufficienti oĩa ad
formam linimẽti ad ignẽ dedu
cta cũ lana succida sup membro
imposita mirtã materiam resol empl̃z
uunt. Empl̃m ℔z de melliloto
cum tantũdẽ altee decocte ⁊ cri
bellate cũ additione olei camo
millini anetini et de lilio cum

Digitized by Google

cera alba sufficiēti de omnibus faciendo emplm ad eandem intentionem plurimū vz. ¶Item ad eandem intentionē vz infrascriptum auxilium. ℞. diaquilonis albi fine gum. li. ß. altee de cocte z cribellate. ℥. iiij. olei camomil. anē. de lilio añ. ℥. ij. olei de semine lini butyri añ. ℥. r. tereben. clare. ℥. vj. litargirū aur. ℥. j. ß. muscillaginis seminis altee maluarum z vio. seminis citoniox z psilij lib. j. sepi vituli vaccini añ. ℥. iiij. ad ignē preter cribraturam altę decoquanť baculo agitando lēteox igne vsq; ad consummationem muscillaginis: deinde cū cera alba sufficienti z predicta cribratura fiat cerotū molle: cuius officiū est vnāquāq; materiam mixtam re
emplz solvere cū mollificatione. ¶Item ad predictā materiam resolxendam vz emplm infrascriptum. ℞. radicum altee radicū enule añ. li. ß. omnibus in aqua decoctis pistatis z cribellatis: deinde in decoctione cum tm̄ de sapa farina fabarum tritici furfure triturato camomil. z melli. pisto de omnibus equali portione ad ignem cum predicta cribratura fiat emplm solidum addēdo olei ros. aneti. camomil. z de lilio añ. ℥. ij. ¶Istud em̄ emplm fili mi. Aluisi in resoluēdo materiam mixtā est medicina maResol- gna. ¶Medicamina insuperuentia resoluentia materiam grossam tm̄ sunt ista. ¶Et primo oleum
riam sambucinum z de lilio cū agri-
grossā. pa dialtea z lana succida materiam frigidam resoluūt. ¶Diaquilon album similiter cum gūmis bullitum cum. ℥. j. olei de lilio z tantūdem olei sambuci ui succi irios. ℥. r. pinguedinis ana. ℥. j. ß. cum additione cere albe ℈rum sufficit z fiat cerotū molle: qz in resoluendo materiam frigidā est singulare prę sidium. ¶Ad hanc etiam intentionē plm diaquilon magnum a doctoribus laudatur. Sili ad eandem intētionē vz infrascriptum auxilium. ℞. radicum altee li. ß. capirum liliox albozz radicum irios añ. ℥. ij. decocti aqua pistatis z cribellatis addantur olei camomil. anē. de lilio añ. ℥. j z ß. diaquilonis albi gummi. ℥. iij. ysopi ceroti Gal. ℥. ij. z ß. serapini galbani bdellij oppoponacis añ. ℥. ß. pinguedinis anatis. ℥. r. dissolutis gūmis cum aceto et de omnibus cum suprādicta cribratura ad ignem cum cera noua sufficienti fiat cerotum molle: qō in isto vltimum remedium est. Ca. v

¶Capi. v. de medicinis carminantibus vētositatem z sanguinem mortuum sub cute.



Auxilia seu simplicia carminantia vētositatem z sanguinem mortuum sunt hec. z primo anatū ruta camomilla mellilotum feniculū anisum petrosilium ciminum carui anthos stichados bacca lauri z currentia cursu eorū. Compositā vero sunt Oleum anetinum oleum rutacinum oleum laurinum oleum de carui oleum camomillinum oleum sambucinum oleum liliacinum oleum de spica. ¶Ex his enim simplicibus et compositis varia auxilia a medico fieri possunt ventositatem carminantia: quorum gratia exempli prima potest esse | talis ordi-

Digitized by Google

emplz vētosi tatum carmi natiuū.

natio. ℞. vini nig. lixiuij bar bitōsoris añ. li. v. camo. melli loti aneti. coziā drozū añ. ℥. j. cimini feniculi dulcis origani nepite pzasij añ. ℥. j. ℈. mel lis. ℥. iij. salis. ℥. j. bulliant oia simul vsq; ad ꝯsummationē ter tie partis: deinde colenꝫ ꝛ vte re cū spongia: qz vnāquāq; vē tositatē carminat ꝛ resolut: et aduersus vndimiam mirabilis efficacie est. ℣ Itē ad eādē intē tionē cū fortiori carminatione. ℞. melliloti camo. aneti furfu ris añ. ℥. ij. radicuz petrosilij radicum enule radicū feniculi radicuz bruscī añ. ℥. j. seminis siceleos coziandrozū anisozum ameos cimini ana. ℥. ℈. sanctici origani calamenti añ. ℥. ℈. pa ritarie. ℥. j. ℈. mellis milij añ. ℥. iij. baccaꝝ lauri saponis gal lici añ. ʒ. ℈. bulliāt omnia simꝫ cū sufficienti quātitate lixiuij barbitōsoris ꝛ pauꝫ vini odori feri vsq; ad cōsummationē ter tie ptis ꝛ vtere ad vētositatem carminādā: moze antedicto qz eius opatio mirabilꝫ est. ℣ Itez ad vētositatē carminādā. ℞. oꝛi aneti. de lilio añ. ʒ. ij. olei rutacini laurini añ. ℥. j. misce: ꝛ cuz cera al. sufficiēti ad ignem fiat vngm molle. ℣ Emplm etiā in frascriptū ad vētositatē carmi nādi. ℞. milij aliquātulū torre facti li. ℈. farine fabaꝝ li. j. fur furis triturati. ℥. viij. camomill le melliloti aneti pisti ꝛ tritura ti añ. ℥. j. coziā drozum cimini añ. ʒ. vj. de oib⁹ cū sapa sufficiē ti fiat ēplz solidū addēdo olei camo. aneuni añ. ℥. iij. olei lau rini rutaci. añ. ʒ. vj. misce ꝛ vtere: qz ei⁹ operatio in resoluen do ꝛ carminādo vnāquāq; vē tositatem crede mihi ꝙ egre

empl. ℣ Itē ad ven tositatem carminandi. ℞. fari gia est medicina. ad gene fabarū furfuris triturati añ. nn ven li. ℈. stercoris capuini. ℥. viij. ca tositas mo. melliloti aneti añ. ℥. j. ℈. itē car mini parum de omnibus cum minan sapa sufficienti et paruz lixiuij dam. barbitonsoris ad ignē fiat em plastrū solidū: addēdo olei ca momillini olei anetini ℈ de ab sinthio ana. ℥. iij. Istud em plastrum resoluit carminando vnamquamq; ventositatē pre sertim apa ventosum in genu. ℣ Item ad resoluendum ꝛ car minandum sanguinem ꝛ liuo rez ei⁹. ℞. olei aneti ini. ℥. j. olei de absinthio mirtini succi raffa ni añ. ʒ. iij. cimini pisti. ʒ. j. vini odoziferi. ℥. j. bulliant omnia simul vsq; ad consummationē vini et succi: deinde colentur ꝛ cum cera alba sufficiēti fiat ce rotum ꝛ vtere ad intentionem prenominatā: qz plurimuz vz. De carminatiuis auxiliꝫ suf ficit. Nunc ad maturātia trāſ eundum est. ℣ Et sic deo dante completus est sermo presēn tis capituli: cuius nomen sit benedictum ꝛc.

empl.

¶ Cap. vj. de medicinis matu ratiuis apostematum. C. vj.

Contigit plerūq; ap plicatione repercu tientiū in principio et resoluentiū cū re percussiōe i augmē to p viā resolutionis termina ri nō posse. Quare necessarium est ad ingeniū maturatiōis p uenire. ¶ Et in primis sciēduz est ꝙ medicina maturativa seu suppurativa materiei calide ē turatiꝫ q̄ sua caliditate dōesticavna cū ua. caloze naturali mēbriꝫ ꝫdā iui scatiōe medicine virtutē habet

Digitized by Google

ſua viſcoſitate et vnctuoſitate opillādi pozos māz ſſlaz it⁹ z ſubtilē retinēdi dōec paulatie digerēdo ipaz mām ad ſuppo-rationē pducat. ℣ Inuenit pte terea medicina maturatiua fri. z hu. ꝛpkonis eē neceſſaria p maturatiōe apatz cholerici (vt innuit Aui. i calce capli ꝺ cura flegmonis.) Dicit enim ibidē z de apatib⁹ caſis egētib⁹ ſa-nioſitate ē vt empleꝫ caput ro rū pſilis. z iſta maturō efficit p accidēs: vcz extiguēdo calo-rē eꝛneū apatz it⁹ vnēdo calo rē naturalē mēbri et ſic mate-ria ſuppozat: qz calo⁹ mēbrivni tus et medicina fri. z hu. actua za ſup membzo vna cum calore mēbri fortificato agūt officiuz medicine ℣e maturatiue: vt in loco ꝓalleg. Auicē. diffuſe de-monſtrauit. Silicꝫ mō etiā in-terdū i maturādo ope ꝑciū eſt trāſire pmū z ſecūdū gradū ca liditatis medicie maturatiue. Et ꝯ vl qz materia penitus ſit groſſa frida viſcoſa et matura-tioni rebellis: vel qz calo⁹ mē-bri ſit valde ōpauperat⁹: vl qz debilis ꝺb⁹ iā dictis de cauſis neceſſariū ē cepā ciclamis radi cē z alliū ſub pzunis decoctum cū maturatiuo medicamīe iter ponere. Sūt itaqꝫ medicie ma turatiue ſiue ſuppoztatiue q̄ in fra ꝓnūeranꝫ: velut Capita li-lioꝝ arboꝝ. Radix maluauiſci z folia eiꝰ. Brācha vrſina. Ra dix bzionie malue baucis. Fic⁹ ſicce farſa ordei paſſule dacti-li. poma ſub pzunis ẽcocta ſe nugrecum ſemē lini medulla panis farſa tritici farſa fabaꝝ radix ligue boue z folia eiꝰ z oia alia ſimplicia eozum curſu currentia ad neceſſitatē pñtis capli ꝓueniētiſſime ꝺduci pñt. er ꝺb⁹ tria ēpkoꝝ gña ifra oz-dinat. ℣ Primū erit ꝺbilis ma turatiōis et facit ad materiā ca lidā maturādā. ℣ Scōz erit etiā mediocris maturatiōis: z facit ad materiā mixtā maturādam. ℣ Tertiū z vltimū erit matura tiui: fortis maturatiōis. ¶ Pri mū exēpli gra tale pōt eſſe. ℞. foliozꝫ malua. z viola. añ. M. j. radicū lingue bouine tenelle. ℥. iiij. oib⁹ in aq̄ bullitis piſta-tis z cribellatis in decoctione cū farina ordei z ꝺdicta cribra tura ad ignē fiat ēplm ſolidū: addēdo olei violati. ℥. iij. buty ri. ℥. j. vitella triū ouoꝝ miſce. ℣ Itē ad eandē intēctionem. ℞. fol. maluaꝝ. z viol. añ. M. j. ℞. fol. lactucaꝝ. M. j. ſeminꝫ cito niozum. ʒ. ij. ordei mūdi. M. ij. bulliāt oia ſiꝛ cū bzodio galli narū ſine ſale vel carniꝫ vſq ad ordei crepaturā: deiñ piſtē-tur et cribellenꝫ cui cribraturę addaꝫ farſe ordei q̄tū ſufficit et ſimꝛ cū predicta colatura ad ignez fiat emplm ſolidū addē do olei vio. ℥. iiij. olei cōis dul cis butyri recētis añ. ℥. ſ. vitel la duozum ouoꝝ. ℣ Ad eādē in tentionē vz auriliū infraſcri-ptū. ℞. carnis pomoꝝ ſub pu nis decoctozum fol. maluaꝝ et violaruꝫ añ. M. ij. farine ordei medulle panis albi ifuſe i bzo dio pulli vel gallinaꝝ vel vitu li li. ℔. Et modus ꝑficiēdi hoc empl̄m talis eſt: vcz decoquāt folia malue z violaꝝ innoluta petīs balneatis in aq̄ ſub ci-nere ẽalido: ꝺiñ piſtent oia ſiꝛ cū iā dictis reb⁹: z cū butyro z oleo viola. ad ignem fiat ēplm ſolidū: addēdo vitella ouozum numero. iiij. in fine cocture.

Nota.

Matu ratiuū primi ordis.

ēplm.

Digitized by Google

Watn ratiuñ mate- rie nu xte.

¶Aurilia maturãtia scõi ordinis sũt ista. ℞. radicũ altee capitũ lilioꝝ albozꝝ. añ. li. ß. folmalua. et violaꝝ añ. W. j. oib⁹ mixtis in brodio carniũ decoctis pistatis ⁊ cribellatis cũ farina tritici et predicta cribatura fiat empl̃m solidũ. addando butyri. ℨ. ij. pinguedinis porcine. ℨ. iij. vitella duozũ ouo. Istõ em̃ empl̃m maturat cũ sedatione dolozis aq̃a mixta. ℙ Itẽ. ℞. capitũ lilioꝝ albozꝝ radicũ altee añ. ℨ. viij. ficuũ siccarum pinguiũ nũero. x. oia decoquãtur cũ aq̃ sufficiẽti: deiñ cũ farina tritici semis lini ⁊ fenugreco cũ resi duo rez ingrediẽtiũ pistato ad ignẽ fiat ẽpl̃m solidus addẽdo pinguedinis porcine sine sale li. ß. butyri. ℨ. ij. vitella duozum ouoꝝ misce q⁹ ad intentionẽ maturãdi p̃dictaꝫ est vltima medicina. Et si vis ei⁹ ℘tutẽ vigozaꝛ cũ subtiliatione et attractiõe addank in p̃dicto ẽpl̃o fermẽti recẽtis. ℨ. iiij. lumacaꝝ ℨtritaꝝ cũ corticib⁹. ℨ. j. ß. ⁊ ytere q⁹ mirabilis ẽ opatiõis. ¶Aurilia ũnicꝫ tertij ordinis maturatiua sunt ifrascripta. ℞. radicũ altee radicũ lilij brãche vrsine singuloꝝ ptẽ. j. radicũ ciclamis: radicũ baucie radicũ rape si iueniri pñt singulorũ partẽ ß. ficuũ siccaꝝ numero. xij. oib⁹ i aq̃ sufficiẽti decoctis ⁊ pistatis: deiñ i decoctiõe cũ farina tritici fenugreci ⁊ semis lini fiat ẽpl̃m solidus: addẽdo pinguedinis porcine li. ß. butyri. ℨ. iij. ℙ Itẽ. ℞. cepaꝝ rũ ⁊ alliꝝ capitũ decoctoꝝ in furno nũero. iiij. deiñ pistenk ⁊ cũ farina fenugreci ⁊ semie lini ⁊ cũ decoctiõe altee fiat ẽpl̃m solidũ addendo pinguedinis porcine li. ß. ℙ Et si vis q⁹ emplastrũ p̃dictũ habeat maiorẽ lenitatẽ ⁊ mollificationẽ: addatur radicũ altee. ℨ. viij. ℙ Si vo vis q⁹ habeat maiorẽ attractionẽ ⁊ maturationẽ cum subtiliatione addank ficuum siccarum numero. viij. fermenti. ℨ. ij. lumacarum numero. x. et sic habebis maturatiuũ vltimũ tertij ordinis apostematum frigidozũ. ℙ Et sic deo dante ꝛc.

¶Capituluz. vij. de embrocis ad apostemata maturanda. C. vij.

Ꝑ primis ad apata calida. ℙ ℞. decoctionis malua. viola. ordei semis citoniozũ ligne bouine li. iij. farine ordei. ℨ. j. ⁊ ß. olei violati. ℨ. iij. butyri. ℨ. j. et ß. bulliant oia simul ⁊ fiat succ⁹ ad si⁹ ituditẽ brodij gallinaꝝ addẽdo in fine cocture ouoꝝ vitella numero. iij. ℙ Et modus applicatiõis hmõi ẽbrocẽ ẽ vt cum petijs actualr calis vnã post aliã sup apata fiat crebra maturõ. Istud etem igeniũ ẽbrocationis pl̃m confert et resolutioni apatũ calidoꝝ et maturationi eoꝝ sedãdo dolorẽ mãmq; ad cutẽ puocando. Deiñ ponatur empl̃m maturatiuũ in prio ordine ordinatũ ad mãm calidã maturãdã. ℙ Item embrocatio ad materiã mixtã maturãdam. ℞. ra. altee capitũ lilioꝝ añ. li. j. ficuũ siccaꝝ nũero. x. malua. viola. añ. W. j. fenugreci integri semis lini añ. ℨ. j. oib⁹ i aq̃ sufficiẽti ẽcoctis. ℨn decoctiõe deiñ cũ parũ farine tritici ⁊ butyr. ac oleo amigdalaꝝ dulciuz ad ignẽ bulliãdo fiat succ⁹ sine decoctio liquidissime qua cũ petijs more antedicto sup

embro catio.

Digitized by Google

apata veteris cū vno ex emplastris ad hāc causam superioris ordinatis. Ista enim embrocatio plurimum iuuat ad maturandam materiam mixtam et grossam. ℣ Et sic deo dante etc.

C. viij. ¶ Ca. viij. De medicinis mollificantibus vnāquāq; neruorū duritiem et apostemata dura et fracturam ossium ac iuncturaz male restauratam.

QUāquā ō medicinis mollificātib⁹ duritiē satis et aple locuti sumus. c. ō apate schlrotico et. c. de māmillarū duritie. tñ ad āpliorem doctrinam antidotarū chirurgie nře i pñti. c. de medicina mollificatiua itez sermonē facere decreui. ¶ Multis igit de causis medicina mollitiua ad vsū chirurgie versaz. ℣ Quaz pria est duritiem q̄ sepenūero solet in apatib⁹ remanere post resolutionē resoluctiū mollificare. ℣ Scōa est iūctura que steterit dislocata per aliquot dies a sua ppria sede post mollificationē eius beneficio idonei et experti restauratoz reducere. ℣ Tertia est dislocationē male restauratā et ossiū fracturā optie mollificare: vt exinde bñficio manualis operationis ad suū ppriū locū reduci possint. ℣ Quarta et vltima est mollificare neruoz duritiē et iūcturaz motum durū relaxare: q̄ durities ppē solutionē continuitatis i locis et membris prenominatis frequentissime contingere solet.

Balneum. ℣ Balneū mollificās vnāquāq; durities de ꝓnominatis sic fit. ℞. caput vnius castrati aliquā tulū incisum et pedes ei⁹ radicum altee ℔. ij. camomille meliloti aneti añ. ℥. ij. fenugr. integri et seminis lini. ana. li. ß. oia bulliāt simul cum aq̄ sufficiēti vsq; ad ossium a carne separationem: deinde remotis ossib⁹ a carne mēbrū induratū balneet et suffumiget et cū residuo rerū lauando mēbrū fricetur. ℣ Postmodū emplastruz infrascriptū per hebdomadaz sup duritiē imponat: cui⁹ hec est ordinatio nostra. ℞. farine fenugreci seminis lini añ. lib. ß. farine tritici. ℥. iij. i decoctio ne supradicta cū radice altee pistata et cribellata ad ignem fiat emplastrū solidū addēdo butyri et pinguedinis porcine liq̄facte añ. ℥. iij. pinguedinis galline anatis anserine añ. ℥. ß. et ß. misce: mollificata iūcturaz ossium fractura op⁹ est vt restauratoz suā pficiat opationez ad suū propriū locū os et iunctura male restaurata reducendo. ℣ Item cerotum mirabilis operationis neruoz duritiez et iuncturā indurata mollificans sic fit. ℞. radicis altee lib. ß. figilli salomonis et capitū lilioz albozū añ. ℥. iij. radicū irios. ℥. ß. decoctis omnib⁹ in aqua pistatis et cribellatis ad ignē cū infrascriptis rebus fiat cerotuz. ℞. olei anetini olei de lilio olei ō semine lini añ. ℥. ß. ß. pinguedinis galline āserme anatis ana. ℥. i. olei vulpini. ℥. vß. pinguedinis taxi: pinguedinis vrsine medulle crurū vaccaz agrippe dialtee añ. ℥. ß. diaq̄lonis albi gūmati sepi castrati añ. ℥. iij. ß. omnia ad inuicē incaciola bulliāt baculo agitando per horaz: deiñ cum supradicta cribratura et cera nona odorifera sufficienti fiat cerotū mol

Cerotum.

le addendo in fine cocture tere ben.clarissi.y sopi ceroti Sale. añ.ʒ.ij.ɔ iterum bulliant pauʒ. Istud esñ cerotum crede mihi in mollificãdo ceteris auxilijs eque prestantius. ℙ Et propterea in neruozum durrie ɔ iunctu rarum motu difficili magna est medicina. Et sic deo dante com pletus est sermo presentis ca pituli:cuius nomen sit benedi ctum.

Ca.ix. ¶ Capi.ix.de medicinis mun dificatuis ɔ abstergentibus sa nem.

Medi cina mũ dificatiua.

MEdicina mundifi catiua siue abster siua vtimur in om nibus vulneribꝰ contusis ɔ altera tis ab aere:ɔ vlce ribus ɔ apostematibus nouiter incisis post eozum digestionẽ: vt saniem caliditate ɔ dulcoza tione sua a carne separet ɔ attra ctione quam habet ad exterioz rem partem vlceris expurget. Et propterea dicimus post di gestionem medicinam mundi ficatiuam administrãdam esse: Rasis. qz(vt inquit Raſ.li.sui continẽ tis) vulnus ɔ vlcus ad idoneaz carnis generationem non per uenit nisi post eozum perfectaz digestionem. Sunt itaq; simpli cia mundificantia infrascripta: videlicet mel rosatum zuccarũ mel sirupum rosatum ambzota num stichados farina ordei fa rina lẽtium farina volatilis fa rina fabarum absinthij semen vrtice farina lupinozum terebẽ tina sarcocol.irios radices apij ɔ succus foliozum eius ɔ prassij ɔ gummarum multa genera ex quibus multa composita auxi lia mundificantia secundum ne cessitatem vlcerum possunt com poni:videlicet in forma debili fozti ɔ magis foꝛti. ¶ Et in pri mis incipiemus ab ordinatio ne debilium mundificantium auriliozum. ℙ Prima ordinatio talis est. Recipe terebẽtine cla re.ʒ.ij.sirupi ro.colati.ʒ.vnam succi plantaginis.ʒ.iij.bulliant omnia simul vnica cbullitione: deinde addatur vitellum vni? oui quando aufertur ab igne farine ordei.ʒ.vj.croci. ℈.ß. ℙ Item ad eandem intentio nem.℞.mellis rosati.ʒ.ß.sirupi rosati.ʒ.ß.vitellum vnius oui farine fabarum farine oꝛ dei farine volatilis ana.ʒ.iij. terebentine clarissime dragma iij.croci.ʒ.iij.et de omnibus ad ignem more quo dictum fuit in antecedenti recepta fiet vn guentum. ℙ Item mundifica tiuum secundi ordinis tale est. ℞.mellis rosa.colati dragmas ij. terebentine clare. dragma iij.succi apij.dragmam.j.bul liant omnia simul parum:dein de addantur farine tritici fari ne ordei.ana.ʒ.vj.sarcocolle.ʒ. iij.misce et vtere in omnibus vlceribus vulneribus et apo stematibus pustulis carbuncu losis: quia eius mundificatio mirabilis est et satis fortis. ℙ Item ad eandem intentio nem.℞.mellis rosati colati dra gma.j.et ß.terebentine clare. ʒ.iij.succi apij succi prassij ana. ʒ.ß.succi absinthij.ʒ.ij.bulliant omnia simul parum addendo inꝑ fine farine ordei farine fab. añ.ʒ.vj.farine lupinozum fari. ozobi.añ.ʒ.iij.sarcocol.mirrhe añ.ʒ.j.ɔ ß.misce ɔ ẽm artẽ fiat vnguẽtũ. Tertius ordo mũdifi catiõis auxiliozꝫ sequit vt ifra.

Unguẽ tum. mũdifi catiuũ

Digitized by Google

vnguẽ tum.

℞. mellis despumati ℥.ij. mel-
lis ros. colati ℥.j. tereb. clare. ℥.
vj. succi irios. ʒ.iij. suc. apij suc.
cimarum vticarum succi absin
thij añ. ʒ.ij. ℈. bulliant omnia si
mul parum: deinde addantur fa
rine lupinorum far. orobi farin
ne volatilis añ. ʒ.vj. sarcocolle
mirrhe añ. ℥.ß. misce & vtere qz
materiam grossam potenter ab
stergit. ℣ Item ad eandem intẽ
tionem. ℞. tereb. clare. ℥.ij. mel
lis rosati colati. ℥.ij. succi apij
succi fumiterre si inueniri põt
añ. ℥.ß. succi irios. ʒ.ij. bulliant
parum: & cum farina lupinorum
sufficienti & parum farine vola
tilis & paululum sarcocol. & fiat
vnguentum. Item decoctio mũ
dificatiua vlcerum sic conficit.

Decoctõ mũdificatiua.

℞. lixiuij barbitõsoris li. ß. mel
lis rosati. ℥.iij. sarcocolle. ℥.ij.
foliorum apij foliorum prassij
añ. M.ß. bulliant simul parum:
deinde colentur & vtere: qz mi
rabiliter mundificat vnãquãq;
vlcerum cauernositatẽ. Et hec
quantum de medicinis mundi
ficatiuis. Et sic deo dante com
pletus est sermo presentis ca
pituli: cuius nomen sit benedi
ctum.

Ca. ß.

¶ Caũ. ß. De medicinis in
carnatiuis & cõglutinatiuis
vulnerum & vlcerum.

Medicina incarnatiua.

Qualis vtiqz vt in-
carnatiua medici-
na & in quo gradu
caliditatis esse de
beat aperto luci-
doqz sermone in li.
de vulneribus. c. de medicinis
incarnantib⁹ vulnera. tibi egre
gie ostensum fuit. ¶ Et quanq;
ibidem etiam nonnullas rece-
tas descripsimus. Tamen hic
ad lucidiorem doctrinam anti
dotarũ nostri aliqua peculiaria
auxilia vulnera incarnantia et
conglutinantia nõ pretermittam.
¶ Et in primis sciendum est qz
quecunqz abstersiua in antece-
denti capite annotata si cũ eis
admixtum fuerit thus mirrha
aloes pro curatione vlcer. & sa
nationẽ vulner. conuenientissi
me possunt administrari & ma-
xime eorum digestione celebra
ta. ℣ Unguentum etiam ad vul vnguẽ
nera incarnãda sic fit. ℞. tereb. tum.
clare olei masticini ros. onfan.
añ. ℥.ij. sepi hircini: sepi castra
tini: sepi vaccini añ. ℥.ß. cẽtaure
cõsolide maioris & minoris mil
lefolij cimarũ rozismarini plan
taginis ligue passerine añ. M.
ß. pistentur omnia & extrahatur
succus: deinde addatur mirrhe
sarcocolle thuris aloes añ. ʒ.ß.
masticis, ʒ.iij. resine pini, ʒ.ij.ß.
bulliant omnia simul lẽto igne
vsqz ad cõsummationem succi:
deinde colentur & cum cera al
ba sufficienti fiat vnguentum
molle: & vtere pro incarnatione
vulnerum & vlcerum: qz mirabi
lis est eius operatio. ¶ Itẽ ad Cero
eandem intentionem. ℞. tereb. tum.
clare. li. ß. thuris. ℥.ß. masticis,
℥.j. sepi hircini. ʒ.x. succi beto
nei: succi centauree: succi mille
folij añ. ℥.ß. bulliant oia simul
vsqz ad consum. succi addendo
olei masticini. ℥.j. olei ro. onfan
ci. odori. ℥.ij. Et cum cera alba
sufficienti fiat cerotum molle:
deinde cum succis predictarum
herbarum malaxetur postmo-
dum cum lacte vaccino. Et vte
re in omnibus vulneribus & vl
ceribus vbi intentio sit incarnã
di cum attractione domestica:
qz magna est medicina. ℣ Item
vnguentum incarnatiuum vul-

Digitized by Google

nerum neruorum. ℞. tereb. clare li. j. masticis resine pini. aā. ℥. j. olei ros. cōpleti. ℥. ij. sepi hircini. ℥. iij. centaureę pimpinelle beronice millefolij rozismarini aā. M. ℞. rubee tinctorum. ʒ. vj. grane finissime. ℥. ij. prius incisis oibus herbis ⁊ pistatis bulliant oia cū. ℥. ij. vermium terre strium lotoꝝ cū vino ⁊ cisto viri odori. vsq; ad ꝓsummationē vini: deinde fortiter colenť ⁊ cū cera alba sufficienti fiat vnguētum molle. Et vtere ad incarnādam neruoꝝ vulnera q̄ est cum attractione subtili. ℣ Itē yngm incarnatiuū in corporibus chorosinis ⁊ male ꝓplexionatis seu discrasiatis a materia calida. cuius talis est forma. ℞. olei rosa. odori. ℥. iij. pingue. vituli liquefacte. ℥. ij. olei mirtini olei ro. onān. aā. ℥. j. ⁊ ℈. succi plantā. succi lingue passerine aā. ℥. j. bul. oia simul vsq; ad cōsummationē succoꝝ: deinde colenť cui colature addanť litargirij aurei ⁊ arg. aā. ℥. j. ⁊ ℈. minij tucie. aā. ʒ. ij. ceruse. ʒ. x. ⁊ iterum bulliāt in caciola enea vsq; ad colorē nigrū addēdo in fine cocture tere. clare. ℥. j. ⁊ ℈. cere albe q̄tū sufficit ⁊ fiat yngm molle. ¶ Et qm lotiões ⁊ pulueres incarnātes sepenūero ad ꝓmoditatē vulneꝝ ⁊ vlcerū curādo tum necessarie sunt. Iccirco cōdecens est ordinationē eoꝝ de puluis scribere. ℣ Puluis itaq; vulneꝝ scarnā ⁊ vlceꝝ incarnatiuus ⁊ ꝙglutinatiuus ⁊ natiuus sic fit. ℞. aloes epatici sangui mirrhe aā. ʒ. j. sarcocol. ʒ. j. ⁊ ℈. nis re thuris farine volatilis aā. ʒ. ij. strictiui sanguinis draconis terresi gillate aā. ʒ. ij. ℈. tucie litargirij dragā. aā. ʒ. j. ℈. misce ⁊ vtere q̄ ꝛ

Incarnatiuū vulnerū neruorum

rabiliter incarnat. Et si cuꝝ ℥. j. ℈. istius pulueris addereť ℥. vj. pili leporis minutissime incisi ⁊ albumē vnius ouj adinuicem cū predictis rebus optime conquassatū ad restringendū sanguinis fluxum recentem medicina esset singularis. ℣ Item lotio vulnerum vlcerum cauerno soꝝ incarnatiua sic fit. ℞. vini albi odoti. ℥. vij. aque vite finissime. ℥. iij. mirre. aloes epatici sarcocol. aā. ʒ. ij. thuris. ʒ. iij. ℈. seminis ipericonis centaureę minoris ⁊ minoris millefolij berbene lingue passerine cōsolidę maioris ⁊ minoris aā. parū triturati oibꝰ prius aliquantūlū bulliāt oia simul vsq; ad ꝓsummā. tertie partis: deinde colenť ⁊ vtere in vulneribꝰ recētibus cū aloe desuper pulnerizato sirmur cuꝝ mirrha ⁊ thure ⁊ vino ex vnguentis prenoiatis incarnatiuis: q; vulnera magna recentia ad festinā ⁊ securā incarnationē pducit. ℣ Itē lotio ad vulnera incarnanda sic fit. ℞. vini albi odori. ℥. vij. aq̄ plātagi. ℥. vj. aq̄ vite. ℥. ij. thuris mirrhe aloes. aā. ʒ. j. ℈. sarco. ʒ. iij. ℈. meis rosā. ʒ. j. farine lupinoꝝ farine orobi aā. ʒ. iij. succi cētaureę maioris ⁊ minoris vel loco eoꝝ capianť herbe aā. M. j. de incisis. ʒ. v. bulliāt oia simul vsq; ad ꝓsummationē tertie ptis ⁊ vtere ꝓ incarnatione vlceꝝ facta mundificatione eorum: q; eius opatio crede mihi egregia est.

¶ Capi. xj. de medicinis cicatrizatiuis et figillatiuis seu conglutinatiuis. Ca. xj.

Medi

Edicia (vtoēs testāť cir. ꝛ. cō autores) ꝙglutinativa ꝙ dicia et cicatrizativa ē illa nua.

Digitized by Google

que caliditate sua (sicut est alumen cũbustũ cũ ei⁹ stipticitate frigiditate. iũcta cũ stipticitate virtutẽ hꝫ humiditatẽ superfluã carnis exiccare in superficie donec cutẽ nouã in vlcere inducat. ¶Simplicia vtiq; in vlceribus cutẽ inducẽtia sunt infrascripta: vcz albumen combustũ. Calx decies lota. Balaustia. Litargiriũ. Cesura. Plumbum vstum. Ypoc̃stidos. Mirtus. Terra sigillata. Bolus armenus. Ro. Plantago. Tucia. Mirabolani. Galla tinctoꝝ. Corallus. ¶De ꝓpositis aũt sunt. Ungm̃ album cãphoratũ. Unguẽtũ de minio. Ungm̃ de cerusa coctũ. Ungm̃ põtificos. Aqua alumnosa. aq̃ mirtiloꝝ. aqua plantaginis. aqua rosata. Uinũ stipticũ decoctionis rosarũ balaustiaꝝ mirtilloꝝ ꝛ aluminis. Ista oia simplr ꝛ cõposite administrata in vulneribꝰ et vlceribus cutez producunt.

Pluis ℙ Pulvis mirabilis cicatrizatiõis sic fit. ℞. aluminis rocheę cõbusti coralli rubei aã. ʒ. ß. terreꝰ sigillate boli armeni. aã. ʒ. ij. balau. mirabolani citrini aã. ʒ. ij. ꝛ ß. tucie. ʒ. j. misce et vtere: qꝫ in cicatrizãdo magna ẽ medicina. ℙ Itẽ. ℞. cesis lote aluminis rocheę. cbusti aã. ʒ. ij. mirabolani citrini terreꝰ sigillate aã. ʒ. j. misce ꝛ fiat pulꝰ: ꝛ vtere i vulneribꝰ ꝛ vlceribꝰ: qꝫ mirabiliꝛ cicatrizationẽ ꝓcurat ꝛc.

C. xij. ¶Ca. xij. De medicinis sedantibus dolorem.

Wedicia dolozis. ℣Icet de medicis dolorẽ sedantibꝰ satis ample locuti fuerimꝰ libro ō vlceribꝰ capꝰ ꝓmo. ꝛ ẽt libro ō apostemabꝰ capꝰ octauo. ō cura flegmonis a cã añti eueniẽtis in ꝗnta intẽtiõe. Tñ hic. c. vle de medicinis sedãtibꝰ dolorẽ situaꝝ volui. ¶Dicimꝰ itaq; ꝙ dolor (vt i antiqꝫ reperiꝛ scripturis) sedatur triplici mõ. ℙ Primo vcz cũ anodinis resolutiuis q̃ infallẽter dolorẽ sedant materiã faciẽtẽ dolorẽ vaporãdo ꝛ caloꝛẽ naturalẽ membri cõfortãdo ac excessiuã caliditatẽ extraneam remittẽdo: ꝗlia sunt velut camomilla anetuz mellilotum altea semẽ lini. ꝓpiguedo anatis pinguedo gallinaꝝ pinguedo anseris Oleũ camomillinũ oleuz anetinũ ꝛ de vitellis ouoꝝ. Et de his oibꝰ vel ex maiori ptẽ eorũ cũ medulla panis ꝛ ouorũ vitellis ꝛ croco ad ignẽ cum aqua ꝑ̃t fieri empla q̃ sunt resolutiua mollitiua ꝛ doloris sedatiua: materiã a cẽtro ad circũferẽtiã attrahẽdo: ꝛ ꝓ pozositates ipam eralare faciunt (vt Gal. testaꝛ. ij. pharmacorum.) Gal. ℙ Sedo sedatur dolor alterãdo malã ꝙpionem cũ suo ꝓrario. ℙ Tertio sedat dolor mẽbri caloꝛẽ naturalẽ mortificando: sensumq; mẽbri tollẽdo: ꝛ hoc fit cum opiatis medicaminibus. Sedatio doloris. Gal.

¶Una ō re sciẽdum ẽ ꝙ dolor (vt inqt Aui.) ẽ sensibilitas rei cõtrarie. ꝛ hꝫ res ℞ria inferens dolorẽ (vt inqt Gal.) transmutando naturã sit a caliditate et frigiditate ac violẽti illatiõe ꝛ ab oib⁹ alijs q̃ apta nata sunt frãgere corrodere icidere ꝛ ꝓ tẽdere: tñ a qualitatibus ℞ijs fit ꝓ sensꝰ solutione ꝓmuitatis ꝙ accidẽs. Et ꝓpea medicina dolozis sedatiua cuz certitudine est illa (testãte. Gal. v. pharꝛ.) Nota. Auic. Gal.

Digitized by Google

que suo tēpamēto assimilat̄ cā-
lori nāli mēbri z aliēstulū plus
excedēs. Intm̄ q calorē mēbri
naturalē augmētar possit z hu-
mores ꝓparare digōni vt a na-
tura cū facilitate pmutent: ma-
nifestū ē igit̄ q sicut dolor ē sē
sibilitas rei contrarie: ita sedā
tio doloris sūt delitie p oppositū rei ꝙueniēt̄ vl rē ꝙueniētē z
ꝙtiā nature nō sentire (vt resta-
tur Gal. iij. de egritudie et sin-
thōate.) ¶ Doloruz ꝓtera spēs
Gal. spēs dolor. Aui. sunt. xv. (vt Aui. testat̄. li. j. fen.
ij. c. xx. de cāis cuiuslibz dolo-
rī) vcz dolor pruritu⁹ aspatiu⁹
pūgitiu⁹ ꝑpssiu⁹ extēsiu⁹ ꝓcus-
siuus frangitiu⁹ laxatiuus per
foratiuus actualis stupefactiu⁹
pulsatiu⁹ granatiuus geccica-
tiuus fatigatiuus z mordica-
Causa tiuus. ¶ Et causa vniuscuiusq; ulcꝰ dolorē dicetur: nam
(vt asserit ibidē Pfat⁹ vir.) ¶ Si
dolor pruritiu⁹ est cāt ab hūore
acuto acri z baurachino. ¶ Si
aspatiu⁹ cā ē hūor asp dolorz q
dē pūgitiui cā sūt hūores acuti
pāniculū z mēbrū nerosuz pū-
gētes: velut diafragma pleura
z hmōi extēdētes i latitudinē.
¶ Extēsiui isup dolorz cā ē vēto
sitas z hūor q neruum aut mu
sculū extēdūt vltra nām. ¶ Do-
loris sitr ꝑpssiui cā ē mā aut vē
tositas mēbrum z locū coangu
stās ac si desup ꝓmeret z mē-
brū strigeret. ¶ Cā vo ꝓcussiui
dolorz ē mā q iter suū musculū
z pāniculū resoluit: pāniculum
extēdēdo z cōtinnitatē soluēdo
que inter pāniculū z mēbrū exi
stit. ¶ Doloris fatigatiui cā po
tissime est mā aut vētositas q i
eludit iter pāniculū z os: a tal
pāniculꝰ est almochatin tegēs
ossa. Aut cā ei⁹ est frigꝰ fortiter
strigens talē pāniculū. ¶ Dolo-
ris q̄z laxatiui cā est mā muscu
lozū carnē extēdēs: nō chordā
ipozū. Et iste dolor nō aliaz ob
cām vocatur laxatiuꝰ: nisi ꝓpea
qt caro musculosa nerpo z pan
niculo laxior cit. ¶ Perforatiui
aūt doloris cā est mā aut vento
sitas grossa q retinet̄ inter tuni
cas mēbri duri z grossi: sicut in
testini colō q icessanter ipz pe
netrando rūpit et perforat ac si
terebello perforaret. ¶ Verum
actualis doloris causa est ipsa
materia que in huiusmodi mē-
brio retenta est: sed est retenta
hora q rumpit. ¶ Stupefactiui
ēt doloris cā ē aut tortis frigo
ris ꝓpꝛ: aut pozoꝝ penetratio
nis spūs tēsibilis q ad mēbrū
venit clausura cū ligatura aut
receptaculoꝝ repletio. ¶ Cā ista
q doloris pulsatiui calidū apa
eē vī z nō frigidū. Frigidū em
apa q̄cunq; mō fuerit dolorem
nō gnat: siue sit durū siue mol-
le: nisi in calidū ꝙuertat: nec ē
iste dolor pulsatiꝰ in apatibus
calidis efficit: nisi forte ab coꝝ
inflāmatiōe z sensibilitate mē-
bri z veñaꝝ pulsantium multi
tudine ꝓcesserit: naz cū mem
brum sanum extiterit mot⁹ ar-
teriarum ꝓpter earū profun
ditatē non sentitur. Qū vo apo
stēmatur z infirmat̄ membrum
solet earum pulsatio dolorem
causare. ¶ Doloris quidez gra
natiui causa est apostema in
membro nō sensibili: sicut pul
mone rene z splene. ¶ Fatigati
ui q̄z doloris cā ē aut fatigatio
laboriosa: aut humor extēdens
membrum extēsione piurima.
¶ Deniq; mordicatiui doloris
cā est humoꝝ qualitatem acutā
et mordicatiuā habēs. ¶ Ulte-

Nota

rius sciendū est q aurilia que dicta sunt supra cap. de medicinis resolutiuis cū q̄dā certitudine sedandi dolorem: ad vsū doctrie p̄tis capl̄i conuentissime reduci possunt.

¶ Veniēdo sub sequēter ad auxilia ꝓposita dolous sedatiua. Dico q medulla panis infusa i brodio gallinarū nō salito z i q̄ sint ɔcocta camomilla melliloti anetū furfu. semē lini ordeū z origanū oīb⁹ adiuicē pistatz z cribellatis deinde cū vitellis ouoꝝ z oleo rosato camomillino z violato ad ignez iterꝝ bulliēdo paꝝ sunt ep̄l̄z: qz ifalleter dolozis sedationē p̄stat. ℣ Item medulla panis i lacte vaccino ifusa: deide exp̄ssa z cū oleo camomillino rosa. pigue die galline z anatis z modico croci de oīb⁹ ad ignē fiat ep̄l̄m: qz mirabilit ipz dolorē sedat z p̄sertim dolorē podagricū. ℣ Balneū q̄z oleoꝝ anodinoꝝ vnūquēq̄z dolorē sedat. Idem facit balneus olei decoctiōis ymiū terrestriū. ℣ Lana q̄z succida ex oēz modū administratiōis eiꝰ: vez cū ɔbroc olei z linimēt̄z cū effectu vtilitatz administrat. Itē. ℞. fo. malue viole radicū altee et foliorꝝ eiꝰ aā. M. j. cāomille melliloti anetī aā. M. j. et ℈. radicū lingue boue. ℥. iij. vmbilici veneris pitarie aā. M. ij. oīa decoquāt i aq̄ vsq̄ ad p̄fectā coctura: deide oīb⁹ pistatz z cribellatis ɔcoctōe cū medulla panis: z p̄dcā cribratura ad ignem fiat ep̄l̄z solidū addēdo olei camomillini olei ro. olei anetini aā. ℥. ij. pig. anatis pig. galli. pig. anserine aā. ℥. ij. z ℈. croci. ℥. j. vitella ℂ tuoꝝ ouoꝝ: misce z iterꝝ ad ignē vnica ebullitiōe bulliē do. Istō em̄ ep̄l̄z mirabiliter resoluēdo dolorē sedat. ℣ Item farina ordeacea sic cuz furfure triturato z fabaꝝ farina singuloꝝ p̄te vna ɔcocta cū ɔcoctiōe aīdcā vsq̄ ad spissitudinē solidā additz deiñ oleis pigue dinis bꝰ z croco aīdictis mire dolorē sedat. ℣ Itē faris ordei et fabaꝝ farina cū furfure. z cāomilla de oibꝰ eq̄li portiōe cuz sapa sufficiēti ad ignē fiat ep̄l̄z solidū adendo olei rosati cāomillini anetini aā. ℥. ij. pinguedis anatis. ℥. ij. z ℈. croci. ℥. ij. vitellorū ouoꝝ in fine cocture. Istud em̄ ep̄l̄z sedat vnūquēq̄z dolorē p̄serti a mā ꝓposita cātū. ℣ Itē ad sedationē doloꝝ ꝓpositū vez a mā mixta cāti. ℞. olei camomillini anetī. de lilio de spica. aā. ℥. ij. olei rosati olei sambucini agripe dialtee pinguedis galline pinguedis āterie pinguedis anatis aā. ℥. j. anthos camomille melliloti aā. M. j. inde muscate calamenti matricarie saluie stichados squinanti aā. parū ligni aloes. ℥. iij. radicum enule: radicū ebuli aliꝫtulum contusi. aā. ℥. j. z ℈. pinguedis vituli. pinguedinis vaccine. aā. ℥. iij. vermiū terrestriū lotoꝝ cum vino. ℥. ij. z ℈. oīa cum. lib. j. vini odorif. bulliantvsq̄ ad cōsummationem vini: deinde colentur et cum cera alba sufficienti fiat linimentum addēdo stozacis liquidi. ℥. vj. et vtere quia vnunquēq̄z antiquū dolorez mirabiliter sedat: p̄sertiz dolorē podagricum arteticum atq̄ dorsalē. ℣ Itē ɔcoctio malueꝝ et violarum p̄silij seminis citoniorum vmbili veneris cuz faris ordei z oleo rosato et violato ꝓfecta dolorē inflāmatiū sedat

Bal-
neum.

Em-
plz

Emplz

sedat malū ꝓkonē calidā alterādo. Idē facit embrocatio fctācū hmōi decoctiōe. ℣ Idez facit oleuz rosatū odorifez. ꝙuassatū cū albumine oui z succo plātaginis. ℣ Cetez si dolor fuerit a vētositate grossa causat⁹ tunc anetū camomillā ciminum coriandrū fenicullū carni ameos ficeleos petrosiliū: oia in decoctione cū emplis z oleis z sim omnez modū administrationis ꝓ eoz ꝓ eius sedatiōe mirabl⁹ conferunt.

C.xiij. ¶ Ca.xiij. De medicinis corrosiuis z putrefactiuis carnē cutemq; sanam rumpentibus.

Medicia corrosiua.

COrrosiua putrefactiua et causticatiua medicamina sic ad inuicē se hñt quāad modum de cancrena aichachilos atq; eltiomeno dictum fuit. Nam sicut isti morbi adinuicem nō differunt nisi secundum magis et minus. Ita in eodem modo corrosiua putrefactiua et caustica medicamina adinuicē nō videnē differre nisi sm maiorē et minorē eorum operationē. Oia eteñ virtutem hñt mordicatiuā. Et ꝓ pterea cōtingit sepenumero q̄ vna facit operationez alterius z accidit ratione complexionis mēbroꝝ. Interdū ratione quātitatis medicine. Nonnūq; hoc acciditrōne longitudinis more hmōi medicine retēte super mēbro. ¶ Dicimus itaq; q̄ ista corrosiua medicamia erunt or dinū triū. ℣ Primi ordinis medicamia erūt debilia. Secundi fortiora. Tertij zvltimi zdinis fortissima iudicantur. Nam debilia in causis z morbis ac delicatis z debilibus corpib⁹ cōueniūt. Fortia aūt l morbis fortibus admīstrari debēt. Fortissima ꝙo medicamia i fortioribꝰ z i tepantib⁹ morbꝭ admīstrantur. Et ppea bene dixit dīnꝰ hyp. hyp. dices. Ad vltis egritudinesvltie curōnes sūt necessarie ad pfectione cure. Et a Cel. Cel. eādē hēmus sniaz dicēte intēperantē morbi ꝓtitatē vehementi: mediocrē aūt mediocri curare debem⁹ auxilio. Sicūq; mō etiā (vt inqt Gal.) fortī egri Gal. tudini ꝓ ei⁹ curōne fortis medicina necessaria est. Ad debilem vero debili medicamine ꝓ cura ipius sufficit transire. Fortissima aūt egritudo fortissimo auxilio indiget vt Cel. et Cel. c.de cura cācrene oñdit di. solet nōnūq; i hac ferocissia egrotatiōe paꝝ auxilia pficeē egrotāti. ℣z nihilomin⁹ his cācer serpe: iter q̄ sez auxilia lz misabile remediū sit vnicū th ē. Et ē: vt ceka ps corpis tuta sit mēbrū qō corruptū z vitiatū ē ite gre āputeē. ℣ Sedē igē q̄ licet oēs iste medicie sint calide z ā dāmō terrestr⁹nature: tn corrosiue minoris sunt opationis ꝗ putrefactiue: putrefactiue vero sunt maioris opatiōis ꝗ corrosiue z minoris opatiōis ꝗcausticе z ruptozie medicine. ℣ Et ꝓ pterea medicine corrosiue suā opationē faciūt satz supficialē z i carne molli. ℣ Putrefactiue ꝙo suā faciūtopationē in carne dura vehementer pfundando. ℣ Caustice aūt medicie potētiā hñt rūpēdi cutē z carnē durā z mollē pfunde cauterizādo. quare medicia corrosiua quāto est minoris mordicatiōis tanto melioris ē opatiōis: q; doloreꝝ nō causat vehemētē. Et hoc di

Digitized by Google

cos dūmō ꝑdcā medicina faciat
opationē tue neceſſitatē. ¶ Cete
ꝛ medicamia coroſiua ꝑdcā
ab autozib⁹ multis de cauſis ꝑ
mozboꝛū curōne inuēta fuerūt.
Nam interdū in aꝑatib⁹ ꝛ vlce
rib⁹ ꝛ multis alijs mozbis con
tigit carnē ſupfluā gñari: velut
verucam: ſic⁹ mozū: ꝛ hmōi na
turā habentes. q̄ q̄dē ſupfluita
tes bñficio coꝛodētiū ꝛ cauſti
cātiū auxilioꝝ extirpant. Alia
fuit cā ꝑ quā Chirurgici fre
quētiſſime medicamib⁹ coꝛoſi
uis vtūt: ꝛ ē qz aliqñ egri adeo
ſunt puſillanimes q̄ ꝑz⁹ volūt
mori ꝙ ferrū pati. Et ꝓꝓ opa
tio⁹ q̄ fit ab iſtro ferreo ꝑ feſti
nā opatiōez ei⁹ ꝛ ipſiōez fctāz
ab eodē cito enāeſcat: tñ loco i
ciſiōis rōe ꝓallegata medicina
extirpatiua ſeu coroſiua innen
ta fuit. Repta ē ſūpꝓdcā medi
cina: qz ſunt loca in q̄b⁹ cū moꝛ
bi ſupius ꝓnoiati oꝛti fuerint:
quia ferro ſine egrotantis peri
culo extirpari ſeu remoueri nō
poſſunt: ꝓut Auic. optīe nobis
demonſtrauit de curatiōe nodi
et arſillac. ꝛ hac de cā medicina
coroſiua ſeu cauſticatiua pro
eoꝝ extirpatōe q̄ inuēta fuerit
nō ſolū vtilis ſz neceſſaria fuit.
Extirpatio eniz a medicamine
acuto fctā locū mundificat aut
ſaltē ad aliqualē mundificatio
nem ipz prꝛeparat: qđ ita non ſe
quitur de incisione fcā ferreo i
ſtro. Ut ergo ad principale pro
poſitum accedamus receptas
multoꝝ coꝛodentium ordi
nare incipiamus. ¶ Primo a
coꝛodentib⁹ ſimplicib⁹ icipiē
dū eſt q̄ ſunt velut albumē ro
che combuſtū ꝛ non combuſtū.
Spongia maris aliꝫ ſtuluz ar
ſa. Ermodactil⁹. Calix medio

criter lota. Corall⁹ rube⁹ ꝓul
uis nr carnis ſupflue remotiu⁹
qui vocaꝫ ꝑcipitatū apō arhi
miſtas. ¶ Cōpoſite ꝺo medici
ne coroſiue ſunt velut vnguen
tum apl̄oꝝ vngm̄ ceraꝛeos vn
guētū egyptiacuz meſue. q̄ruz
opatio ſatē eſt ꝺbilis. Inſupꝝ
guētū egyptiacū Auic. q̄ ꝓſtat
melle allumle floꝛe erꝺ ꝛ aceto
vez ſingulozꝝ ꝓteyna: ꝛ iſti⁹ vn
guētū egyptiacū aduerſum cā
crenā aſchachilos mirabil⁹ vz
(vt Aui. teſtaꝫ capl̄o ꝺ cura cā
crene.) ¶ Itē vngm̄ egyptiacū
ꝺſcriptiōe nr̄a ad eandē ītētio
nē cū maioꝛi tamē efficacia. Re.
floꝛ eris alumis melꝫ aceti. añ
ʒ.ij. arſenici pukti. ʒ.ij. ſubli. ʒ.ſ.
bul. oīa ſīt. ꝓus pul. pulueꝛiza
tis vſq̄ ad ſpiſſitudinē: ꝛ vtere
qz ei⁹ opatio vnāquāq̄ cancre
nā aſchachilos eſtiomenū atq̄
fiſtulā interfecit. ¶ Itē vnguen
tū egyptiacū ex inuentiōe nr̄a
quod ſumme valet ꝑ vlceribus
malignis coroſiuis virulētis
cauernoſis ſordidis ꝛ putrefa
ctis et omnibus vlceribus q̄ cū
difficultate ſanaꝝ. Re. aq̄ plan
taginis vini granatoꝝ mel
lis licij ana. ʒ.ij. floꝛis eris alu
minis roche. ana. ʒ.ꝛ. oīa ſi
mul bul. vſq̄ ad ſpiſſitudinem
ſolidam et vtere quia mirabi
lis eſt operationis. Item ad
eandem intentionem cum mi
noꝛi tamen mꝛdicatione va
let infraſcriptum vnguentum.
Re. olei roſ. pinguedinis vitu
li añ. li. mediam ſucci. plantā
ginis ſucci alleluꝶe ſiue aceto
ſelle vini granatoꝝ. añ. ʒ.ij. mi
ſce ꝛ bulliant vſq̄ ad ꝙſum. ſuc
coꝝ deiñ colent ꝛ cū cera alba
ſufficienti fiat vnguentum mol
le addendo floꝛis eris ſubtiliſſi

Auic.

Auic.

Auic.

Ung.

Digitized by Google

me pulueriza ti.z.r. misce q̃ vtere qz mirabilr carnez supfluaz minuitz vlcera sordida mundificat. ℣ Item. ℞. aq̃ plantagis mellis añ. ℥.iiij. floris eryz. ℥.ij. aluminis roche. ℥.ij. et mediaz bulliãt oia vsq̃ ad spissitudinẽ solidã. ℣ Item vnguentuz egyptiacũ fortis opatiõis z valet ꝯ carbũculũ z antracem z herpetẽ z estiomenũ. ℞. floris eris alumis mellis aceti añ ℥.ij. ar senici pulueriza ti.z.j. sublimati.z.ij.bul. oia siꝫ vsq̃ ad spissitudinẽ z vtere qz est mirabile remedium z fistulam potenter interficit. ℭ Itẽ vnguentũ apostolorũ descriptione nostra. ℞. olei ros. ℥.vj. terebẽtine clare. ℥.iij. calcis lote litargirij tucie añ.z.ij. mirrhe thuris sarcocolle añ.z.ij.z med. florz eris.z.r. aluminis roche. cõbusti.z.j. et ℞. succi prassi. ℥.j.bul. oleũ tere bentina z succus simul vsq̃ ad cõsum. succi: deinde colent z cũ cera alba sufficiẽti fiat vnguentũ molle addẽdo relicta subtilissime pulueriata. Istud efft vnguẽtũ mũdificat putredinem z carnẽ malaz vz oibus vlceribꝰ vbi fuerit intẽtio mundificãdi z difficillime consolidationis. ℣ Itẽ puluis ex inuctione nobilissime opatiõis remotiuꝰ malignitatz vlcez z carnis male superflue absq̃ dolore. ℞. aq̃ cũ qua auz ab argento diuidit q̃ sic fit. ℞. vitri. romani aluminis roche. añ. li.j. salis nitri. li.j. ℞.z in vase vitreo elãbicent: z quanto fortior tanto melior. li.j.z.℞. argẽti vini li.℞. ponatur aqua in bocea vitrea bene inlutata: deinde ponaꝫ ad furnellu cum capello z recipiẽti omniꝰ simul inlutatis ne aer valeat exire: z elãbicef in primis lẽto igne: deinde cũ ꝯcipit elãbicare ignis fortificef vsq̃ ad rubedinez recipiẽtis bocie deinde succesiue ignis aliquã tulũ augmentetur donec aqua in totum sit elãbicata: postmodũ frange bociã z extrahe argẽtumviuũ calcinatũ qđ apud archimistã p̃cipitatũ nũcupaꝫ z triturefur sup lapide marmoreo: deinde iterũ ponaꝫ in bocia modo quo supza dictũ fuit inlutata z iterũ cũ suo recipiẽti (vt dictũ fuit) elambicetur donec tota aqua sit elãbicata: quo facto frange bociã iterum z extrahe qđ intus est z sup lapide marmoreo cũ alio lapide pulueriza ẽ: quo facto ponatur puluis i caciola enea ad ignem satis fortẽ sẽper baculo agitãdo per horã cũ dimidia: qz isto mõ melioraꝫ puluis z ad pfectionẽ reducit. Et signũ pfectiõis est qñ cognoueris ipsum colorem minꝰ aut aliqñtulũ clario rẽ acq̃siuisse. Et lz iste puluis possit inter medicinas corrosiuas domestice corrosionis cõnumerari: tñ q̃ ad eius effectũ inter fortiora corrosiua p̃ni ordinis nũerari põt: z audeo ꝺicere q̃ hmõi puluis iter medicamina corrodẽtia carnẽ malã mereꝫ ferre coronã. ℣ Et ppter ea dico q̃ est secretũ secretorũ corrodẽtiũ medicamẽtoꝝ cũ q̃ i tẽpestate nra multas lucrat suz pecunias z honores nõ pauos cõsecutꝰ: mũdificat ei vnã quãq̃ vlcerationẽ virulẽtã malignã z corrosiuã i vlceribꝰ dico mãm subtilẽ ingrossando z ad bonã digõnẽ pducẽdo. z ꝓpterea sup idolorosa mũdificatiõ ẽ vnũq̃q̃ fere vlcꝰ ad ieꝛ-

Ungm apkoꝝ ex iuctione nra fortionis opationis.

pulnis nobilissime opationis ex cũ qua auz ab argento diuidit nre ꝛep.

Digitized by Google

nationem ꝛ cicatrizationē festi
Troci scus de minio
nā ꝑparat. ℣Itē trocisc⁹ de mi nio descriptiōe nr̄a inuēt⁹ vnā quāq; carnē malā ꝛ calloſā mū
ex nr̄a difficās: ꝛ vꝫ mirabilr̄ ℨ fiſtulā
iuuen- ꝛ vlcera carnoſa: cui⁹ talis eſt
tione. forma. ℞. medulle panis crudi
bñ ferm̄tati. ℨ. uij. ſubliati ele
cti ꝛ fortiſſimi. ℨ. j. minij. ℨ. ß.
ola adiuicē p̄tur̄ent cū modico
aq̄ ro. deide fiāt trocisci ad mo
dū grani pineoli ꝛ aliq̄ātulū
lōgiores: poſtmodū ex tēdant
ſup tabula ꝛ ponāt in furno nō
mltū calido ꝛ reſoluēt in ſcatu
la ꝛ vtere: qꝫ mirabilis ſūt opa
tiōis crede mihi. ꝛ ſi vis q̄ cor
roborēt̄ mvirtute coroſiua ad
daſ ℔t̄ ſublimati. Et ſi vis q̄
ſit minoris coroſiōis mine do
ſim ſublimati ꝛ addeſalichſtulū
Troci- de medulla panꝭ ꝑdicta. ℣Itē
ſc⁹ affo- trocisc⁹ affodillor̄ deſcriptiōe
dillor. nr̄a ad fiſtulā occidēdā ꝛ cācrū
ꝛ mēbrū exīomenatū. ℞. ſubli
mati fortiſſimi ℨ electi. ℨ. ß. ar
ſenici. pulue. ℨ. j. ℨ ß. ceru. ſuc. a
midi. ana. ℨ. iij. ß. ſucci affodil.
ℨ. x. aceti. ℨ. v. bul. oia ſiᵏ. vſq; ad
ℨſū. ſuccis ꝛ aceti. deiñ piſtēt̄ ſub
tiliſſime ꝛ incorporent̄ cū. ℨ. ij.
medul. panis crudi addēdo au
ripigmēti calcinati. ℨ. iiij. ß. ℨ ō
oīb⁹ cū modico aq̄ roſ. fiāt tro
ciſci more añdicto ꝛ recepta tro
Mod⁹ ciſci ō minio. ¶Mod⁹ āt calci
calci- nādi auripigmē. taſ eſt. ℞. auri
nandi pigmēti bñ laminoſi ꝛ pulueri
auripi zati. ℨ. ij. ꝛ ponaſ in ampula vi
gmētū trea: poſtmodū pone dcās ap̄n
et acq̄ lā ſup carbonib⁹ igneꝫ: ꝑaꝫ ſic
ritcolo dimittēdo dōec auripigmētū i
rem ru totū adhereat ap̄ule cū coloꝛe
bedi- declināti aq̄ coloꝛē rubedis q̄
mis. fcō frāgaſ ap̄ula ꝛ colligaſ au
ripigmētū calcinatū: deiñ pul
uerizeſ ꝛ vtaſ: qꝫ mirabilr̄ mū-

dificat cū puo doloꝛe vnāquāq;
carnē malā ꝛ ſupfluā coꝛroden
do. Et vꝫ in vlcerib⁹ frandulē-
tis ꝛ coroſiuis formicoſis can
ceroſis ꝛ malignis. ℣Itē alius
pulus deſcriptiōe nr̄a inuēt⁹ ad
nerſus fiſtulā cācrū ꝛ vlcera pu
trefacta. ℞. cerule ſucci amidi
añ. ℨ. x. arſenici albi. ℨ. vj. ſucci
plātaginis ſucci celidōie ſucci
nucū corticū añ. ℨ. ß. tucie. ℨ. ij.
cāphoꝛ. ℈. j. lapidis amatitis
bñ pulueriz̄ati añ. ℨ. j. ß. bulliat
ad adiuicē ꝑter cāphoꝛā vſq;
ad cōſum. ſuccoꝝ: deiñ pulueri
zenſ cū cāphoꝛa ſm̄ artē tritu-
rati ꝛ ꝑſeruēt i vaſe: qꝫ eiꝰ opa
tio mirabil̄ eſt in oīb⁹ vlcerib⁹
cauernoſis ꝛ fiſtuloſis. Et vbi
itētio ſit carnē ſupfluā coꝛrodē
di. ℣Itē ad eādē intētionē va-
lēt trocisci andraroniſ: ꝛ ponū-
tur ab Auic. quoꝝ talis eſt de- Auic.
ſcriptio. ℞. cotricuꝫ granatoꝝ
ℨ. x. gallarū. ℨ. viij. mirrhe ari
ſtologie ro. añ. ℨ. iij. ß. dragati-
alumis ſameni añ. ℨ. ij. vitrioli
romani. ℨ. iiij. pulueriz̄entur ꝛ
cum vino dulci ꝑficiāt̄ ꝛ fiāt
trocisci. Ad idē valēt trocisci
calidi cū oꝛdiatiōe ℔ar. q̄rū ta
lis eſt forma. ℞. carcis vine
partem vnā auripigmēti rub.
generatiõe qñ loquit̃ de qualitatib⁹. Et ppea sunt in ipso dolores mitiores quam sint in colerico. Qm̃ caliditas ab humido cõprimitur: ceterũ in ap̃ate colerico quãtitas diminuit̃ propter humoris siccitatem q̃ ertẽ sionẽ ꝓprimit. Sz accidẽtia dolois auget qm̃ hm̃oi hũoris q̃litates dolorem causam intendit cũ sint oino ỏstructiue q̃litates qñ simul ad certum gradum combinant. Que vo ap̃a ta a frigidis humotibus causantur sua sgna prenoiatis accidentibus apponũt q̃uis apostaniei generationem pulsationem quãdã plerũq; detegãt colerice sanguineeve pulsatione non est ꝑcrẽda. Uerũ ap̃ata q̃ a sanguine z colera scaturiunt talismodi nota sibi vendicant Flegmon herisipilla Formica Ignis perfic⁹ vesicca Inflationes Essera Carbũcul⁹ Bubones et similia. At Flegma z Atrabilis has egritudines maxime fouere solent. Undimiam Scilicet Nodos Scrophulas Glandulas Sephiros Cãcros Flegmones Cancrenã. Aschychilos Sstiomenos z cetera id genus. Quequidẽ omnia ꝓdcã in principio sue gñationis et augmẽtationis ap̃atũ vel exituraꝝ in fine vero vicerũ (si ad cõtinui eruptionem venerint) nomia sortiuntur. Et qm̃ ꝓposita corpora ap̃ata esse dicuntur non vno constare humore videtur. Quãuis a quolibet humore ea quasi simpliciter diverim generari. Tamen vt placet aristotelli i phisicis a fupabundã ti humoze denominationẽ concipiunt. Ueluti a sanguine Uincenti veri flegmones dicuntur a colerico ꝓdominio Flegmon herisipilladες vel herisipilla Flegmonides z hoc secundz quod prius fuerit. Naz ista duo sese subsequuntur a flegmate autem dominante flegmon vndimiade vel vndimia flegmonides a melancolie principatu flegmon Sephirodes nuncupantur. Habetis ergo signa et eorum appellationes nũc tãtũ ipsorum ap̃atũ curatiões z exiturarum prelibabimus quãdoquidem hoc vobis debere non possum. Nam vestra me familiaritas eo in loco itrusit vt nulle me inde excusationes redimere valeant. Sed anteq̃ eoꝝ curationes ordiar pauca etiam de ap̃atib⁹ differẽ iudico oportere que curatiõe maxime vsui esse solent. Cum quelibet egritudo habeat causas z curari nõ possit nisi cause illius egritudinis sciantur. Idcirco dicamus ap̃atũ causas vt inde facilius ipsoꝝ curationes pertractem⁹.

Apostematum cãe solẽt eẽ tres. quarũ vna est primitiua altera ãis z alia cõiũcta. Primitiua ẽ qõ corpi extrinsece euenit vt incisio fractura ꝓcussio casus z vlceratio pedũ vel man⁹ aut alteri⁹ mẽbri qõ propter dolorẽ a natura desiderata subsidia expetit cui natura sagax membro existẽte depauperato suppetias denegare nõ posset: sit vt sua transmittat nutrimẽta q̃ si in trãseũdo vacua loca inuenerit flegmonẽ cãdo residẽt siccq; ap̃a intumescit. Accidẽs. vo nõ vno mõ dicit: est enim repletionalis humoralis ꝓplexionalis z ꝓpoli-

Digitized by Google

tionalis: q̄ licet omnia ad vnuꝫ
scz humoꝝ adequationē ꝓsi de
rent. Quoties tñ equaliter vltra
debitum humores excrescerēt
repletionalis diceret. humora
lis aūt si vnus tm̄ humor apare
tur: vt in herisipilla colera z ve
ri flegmones a sanguine puro
z laudabili geniti ferunt. Com
plexionalis vero si ūdē humo
res a primis qualitatibus distē
perarentur. Dico cm̄ a primis
qualitatibus si forma ipsoꝝ in
cōposito sub bipedali quantita
te terminata tripedalē sibi ven
dicaret vnde egritudines a p̄
dominio nomina sortite oriun
tur. Cōpositionalis aūt diceret
si vnus alter alterꝫ in gradu sue
qualitatis a natura in ꝓpositio
ne pro membri exigentia tributo
superaret: vnde tota compositi
moles destrueret febriū alīūsq;
egritudinum generibus. Qua
re nemini dubiū erit cōplexio
nem: licet alīq; doloꝛē etiā cōsu
merent causam antecedentem
existere. Illud idem erit membri
debilitas additur et aquositas
atq; vētositas. Ceterū causa cō
iuncta est ipsa antecedēs in lo
co vlcerato vel vlcerationi pro
ximo. hoc idem silentio preter
eundum esse nō indico cuinsli
bet aīatis q̄ ad verā purifica
tionem vel vt apertius eloquar
maturationē euenerit: quatuoꝛ
esse tpa ycs principium augmē
tum statū z declinationē. Prin
cipium etem̄ presentia coniun
ctaꝝ causaꝝ cū incipiunt appa
rere declarat. Augmentū vero
iudicat per magnitudinis in
crementum. Statum herclē no
bis indicat materia aggregata
que in corpe solet aggregari.
Inclinationem profecto lenitas
quedam ac debilitas ꝓsideratī
aperit. Que quidē tpa non mi
nus q̄ egritudines notāda esse
arbitroꝛ: cum me illud Aui. ad
monuerit impossibile esse te sa
nare egritudinem cum ipsam
ignoraueris videl quasi seque
lam inferre q̄ tpibus ignoratis
cura etiam ignoret. Nam cum
sint visa aīatis tpa diuersis p
illius cura indigemus medica
minibus. Sed ante oīa scire de
bemus quecq; aīata posse qua-
tuoꝛ modis determinari primo
resolutēdo scōo saniando postre
mo putrefiēdo vltimo vero pu-
trificando. Qui quidē modi cir
cunscribuntur in fine capituli
de flegmone ab Aui. medicoꝝ
principe. Quē nō solū amandū
ac reuerēdū verum etiam suspi
ciendū z colēdum esse autumo
ꝓ illoꝝ cura duo sunt omnino
ratione voluenda: quoꝝ vnum
est fieri alterꝫ factum esse. Qō
fieri diximus materiā fluēte
intellexim̄us. Qō aūt factū
esse ꝓtulimus eandē materiā
ad locum fluxā significauimus:
ad que curanda nō alio tabesce
ti nō corpore languēti sed hila
ri vultu facie iocūda nos ipsos
offerre debemus; in principio
repercussiua formande cū mem
bri confortatione eo qr quarta
primi nos Auic. docuit. mēbrū
forte suas superfluitates ad de
bile membrum transmittere ex
quo illoꝝ humorum ingurgita
tione suffocat ac etiam debilita
tur: ergo ne ipsoꝝ forbitiōe suf
focetur z debilitetur materiam
repercutiēdo mēbrū ipsum con
fortemus. z cōtra illas corrobo
remus. Tūc eo ipso potiremur
cū frigidis z stipticis vtemur si
cuti Gal. tertio tegni refert. Re

Digitized by Google

pellemus aũt a patiẽti parte si infrigidemus z stiptica appo-namus. Sz postq̃ tps z opportunitas nos vt de repercussiuis ageret admonuit. honestũ esse duximus vt de casibus q̃a repercussiuis abhorreant dissera-mus. Quos tq̃ scopulos i medio mari in aliq̃bus locis euitare debem⁹: vt leti portũ intrare valeamus. Qsi nõ minorem voluptatẽ medicis esse arbitror cũ recte beneq̃ egritudines curauerint quam nautis cũ ab alto mari questũ vbem inspexerint: ergo vt naufragia periculaq̃ declinemus in hoc parum per euagemur.

Emini sepenũero magistrũ meũ Ioannẽ de vigo Januẽsem cuius verba diligenter obserno z quo ad possim nũq̃ ab ei⁹ latere discedo solitũ enarrare flegmonẽ q̃ corpori immũdo obuiauerit repercussiua oĩno auersari nisi prius mũdificet. Nam materia multa repcussionẽ non admitteret z si nos repcussioni instare pseuerabimus corpore pri⁹ nõ euacuato maxime q̃dẽ errare-mus. Qsi repercussiõis cupidi materiã ad locũ ipsi cõstuparemus. Qõ si efficeret aut nobis mẽbri corruptionẽ ptenderet: aut putrificationẽ minitaret: q̃ si alterum istoꝝ ptingeret: nra culpa sine dubio mali medici nomẽ subirem⁹. Scõo loca emũctoria nullo pacto repercussiua desiderãt. Tertio materia existẽte multa pingui z tenaci hẽ sitabitis in pcurãdo ne q̃ nob⁹ prio dictũ est eueniat. Naz vtiq̃ tertio tegi. Galen⁹ scipit) plenũ exñs corp⁹ repcussionẽ recipit. Quarto materia existẽte venenosa z furibũda i pcurãdo nullũ ineatis psiliũ. Sz toti i puocãdo eẽ occupati. Qõ si repcuteretis materie mea q̃dẽ sniã: a recto itinere exorbitaretis. Qsi materiã euaporãdã z i circũferẽtias puocãdã in ipso nẽpe cẽtro icludereris. Ex quo venenositas illa vẽa opa vniret z fortior dispersa ẽ naturalẽ virtutẽ aliq̃d mali mediareť. Quito illud idẽ faciendũ erit si materia extiterit deꝑssa atq̃ in loco ptusa ne illic repercutiendo corrũpat z mẽbrũ a sna positione deformet. Sexto z vltimo si natura p viã creationis exiturã procreauerit: tũc p illius repercussione ingeniũ deesse opinabimini ne materia interius cõuersa iterũ pullulare machinaret: q̃ esset pri⁹ detestabili⁹. Et iõ nos crisi opitulãdo materiã ipsam euacuemus: vt Galenus asserit in cõmẽto amphoꝛismi prime particule sez. Ea quorũ crisis fit ꝛc. pro quoꝝ oĩm curatione casuũ mollitiẽs vti debemus. Sed si q̃s vestrũ mõme percũctareť quare repcussionis nos. vtamur. Cui q̃dẽ merito rñderem: nõ aliam ob cãm applicari: nisi vt materia fluens reꝛciat atq̃ retardet z nõvt fluxa nobis tergiuerset. Et ꝓpter ea canonice operãdo in principio z augmẽto repcussiua ordinabimus. Qsi materie his tpibus maxie fluũt z refluũt. Iõq̃ pcussiuis vtẽdum. (vt membrũ a ꝓpria qualitate formave q̃nssatũ eisdẽ remedijs ꝓfortet: vt Galen⁹ testat in tertio tegni. Vasa stiptic⁹ pharmacũs cõfortata plurimũ a sepellũt hyꝛcessiuue dicere tenẽ

In pn cipio z augmẽto ẽ re

Digitized by Google

mur propter materiei defluxū repercutere: defluxa vero resoluere oportet. Sed ne longiꝰ ab incepto distrahar faciēdum duxi: vt ex q̄ nr̄a oratio egressa sit illuc iterū egrederemur.

Extractemꝰ ergo curam apātū caldorum. Nam inde facileꝰ ad alio rum curationē ꝓuenit. Sicut ille philosophorum princeps asserit contrariorum eandem esse disciplinaz. Quoniā ipse apātum curationes in alio non differunt: nisi ſm magis ⁊ minꝰ. Et ꝓpter hoc marle collectari debemꝰ ne nos simpliciū cognitio naturaq; effugiat. Nam quanto magis in hoc excellentis in eo facilius remedia illis egrotis oportuna adhibebitis quos ipsi curaturi eritis. Et vt facileꝰ istud cōsequamini diligenteꝰ inspicere oportebit nunquid illud apostema pleno an vacuo corpori occurrerit. Nā si vacuo obuiauerit illō esse a. cā primitiua iudicabitis cuiꝰ cura alia nō erit ꝓter materiei extractionem resoluendo aut mollificādo. Resoluemus quidem si stipticis frigidis cū calidis hūectātibꝰ vtemur. Qm̄ frigidis repcutimus si q̄ poꝛtio cholere ꝓpter doloꝛē esset fluenda. Stipticis vero membrum ꝓfortamus sicut diximꝰ ex intentione Galeni. Resoluimus calidis. Humectamꝰ autē ne pori cōgelescāt hoc dicimꝰ in pricipio rei esse administrādū. Cuiꝰ exēpli gratia tale erit medicamē. Rℯ. succi semp niue

Reper succi lactuce ana. ℥.j. olei ro. ca ſſmū mo. añ. ℥.j. ℈.j. olei mir. ℥.ß. ouorū numero duo q̄ ola adinuicē cōquasseñ cū vitellis albuminibꝰ ouoꝝ donec bene incoꝓrenꝰ postea aꝑati cū petijs superponañ vel. Rℯ. boliarmeni acatie añ. ℥.j. olei rosati mirtini camo. añ. ℥.j. ℈.j. fari. fab. ℥.j. puluerisꝰ mirtillorū nucū cypressi añ. ℥.j. ℈.j. cere parū que ad ignem incoꝓrenꝰ ⁊ loco doleti seruētur. Uel ꝓ resolutione apostematis calidi ab omni cā causati istō qō mirū in modū magisterꝰ laudabat et in rei veritate esse sicut p̄dicabat semp inueni vos deinceps applicabitis cuiꝰ ordinatio est hmōi. Rℯ. capitū liliorū albor. ℥.v. radicū altee recentium lib. j. camo. melliloti añ. ℳ.ß. furfuris. ℳ.j. decoquātur ola in aqua viſq; ad perfectam cocturam deinde colenꝰ et exprimātur. Facta expressione colliguntur radices et liliorū capita q̄ frustim incidantur pistentur et cribellentur vltima cribellatione cui postea addantur olei rosati camo. ane. de lilio añ. ℥.ij. medulle crurū vituli et vacaꝝ pinguedinisq; gallinacee añ. ℥.j. Cere albe. ℥.j. ß. Carnis pomorum sub prunis decoctoruz si inueniri possint. ℥.iij. ß. liquefacta ola ad ignē lentū cū p̄dicta cribratura bulliant semper baculo agitata ꝓ dimidiū horē et fiat cerotum ex cuius vsu dona reportabitis. Si vero resolutioni quoniam id plerūq; ꝓmētank nō mozigerabunꝰ ad mollitiua animū conuertite vestrum. Que duplici via componunꝰ aut. ſ. embrocādo aut emplando. Fit em̄ ℈ mō ebꝛocatio. Rℯ. decoctiōis malueꝝ vi-

Reſolutiuū

Mollificatiuum.

Digitized by Google

minis lini folioꝝ lactucaꝝ lib. v. farine ordei. ʒ. ij. olei violati rosa. aā. ʒ. j. ℞. butiri. ʒ. j. bulliāt oia simꝫ donec fiat sīilis gallinaꝝ vti vt brodio addēdo in fine cocture vitella ouorū numero ℔tuor. Et modꝰ applicationis est vt cū petijs madefactis in dicta decoctiōe actualiter calida fiat crebra mutatio vnius post aliam per tertiam partē vniꝰ horę. Sedat esti dolorem ꝛ resolutioni opitulatur materiam ad cutem attrahendo. Possunt etiā er decoctione capitis arietis ꝛ aliaꝝ carniuꝝ tales embrocationes fieri dūmodo iura pinguia sint: ꝛ hoc scōm quā habebitis intentionem maturandi vel resoluēdi. Aliter Quā immediate tale sequatur emplastrū. ℞. folioꝝ maluaruꝝ violarū ꝛ lactucaꝝ. aā. M. j. q̄ decocta pistata ꝛ cribel. cū farr. ordei et eadem decoctiōe addendo olei viola. ʒ. ij. ℞. butiri. ʒ. j. ℞. ad ignē solide emplastrētur. Et quādo ab igne aufertur incorporentur vitella triū ouorum ꝛ superponatur egritudini. Si vero tanto labore fastidieminiꝛ solū emplastrorū adminiculo alliciamini hoc astātibus vtenduꝫ ordinabitis. ℞. Aliter mice panis lib. j. ℞. que imbibatur decoctione maluarū violarum ꝛ lactucarū vel brodio carnī arietine aut vituline aut lacte ouino vel caprino calido. Post deniq; exprimatur ꝛ pistetur que in mortario ingirū pistillo ducatur incorporando et malaxando olei violati rosati. aā. ʒ. j. ℞. butiri. ʒ. j. croci. ℈. ℞. Aliter et iterꝫ ad ignē paꝫ inspisset. Hoc facto ab igne demitur addēdo vitella duorū ouoꝝ sicq; erit factum emplastruꝫ: vel. ℞. folioꝝ maluaruꝫ ꝛ violaꝝ. aā. M. j. decocta simul pistenī cuꝫ pinguedine porcine et vtimini. Nā vno istorū credite mihi maturationi colericum apparebit subijcietur. Quā lenitas tactꝰ et doloris sedatio ostendet: vt Auicēna docet: cum de significatione maturationis loquitur dicens. Cum videris lenitatē quandā ꝛ sedationem doloris tunc scias q̄ est in via maturationis. Cū aūt locꝰ fuerit incisioni dispositus vosq; ad opus perficiendum inuitaueritis. Aī omnia cōtēplamini vt perforatio seu incisio villoꝝ positionem consequat. Naꝫ illo nihil erit aptius et commodiꝰ ad cicatricem citius inducēdā. Po-de inducq; semp in loco decliuio- sione a ri vt facilī inde defluat sanies postea eo maxime si materia illuc maturaliter ferperet. Nāvndecunq; natura maturare maxime repit ide ducere oportet per conueniētes regiones: vt diuinus hypocrates asserit. Estq; incisio sīilis huic ☽Caracteri faciēda vt placuit magistro meo. Si locꝰ nō fuerit neruosus. Nam eo existēte neruoso scōm nerui lōgitudinē est faciēda. Quoniā si aliquātulum trāsuersus neruꝰ sulcaret: timeremus ne fieret ipsius incisio. Facta deniq; incisione locum vulneratum statim stupa Nota. cum albumine oui madefactā coopriēdum est. Prius tamē os vulneris specillo eadē stupa madefacta fabricato repleatis ne materia vna vice extrahatur. Qō si euenerit virtus (existēte aīe magno) mltū debilitare tur. Quā diligētiꝰ obseruare debemꝰ vt donū pbeat nutrimē-

Digitized by Google

tum recteq; operet. Nã vt inqt Wesue z ſnia Haleni in tertio tegni. Natura est opatrix: medicꝰ ño ipſiꝰ minister. Verum illud idẽ ꝓsideratiõe maxime regẽdũ est vt cũ locꝰ aposteme tur bñ ꝓsideret nunqd carnosꝰ an neruosus deuastet. Nã si in hoc oriet aliquãtulũ immaturus fecaretur ne nerui vel villi immũda sanie corumpant. Si vero in altero gñaret qm̃ carnosus erit integrã maturationẽ expectaremꝰ cũ a nocumẽto nullo excitaremur: vt illo añ maturationẽ referemꝰ qõ i altero nobis nullo adhibito cõsilio interdiceretur. Cum ergo incisionẽ bene obstipauerimꝰ locũ ipsum amplius non reuisatis nisi priꝰ itegerrimꝰ dies vobis illuxerit. Qõ cũ factum fuerit illud aña visitabitis me dicamine ex vitello ouoꝝ tere bẽtina cõpoſito biduo aut triduo aut eo plꝰ: vt vos ipa dige rẽdi necessitas edoceb it. Quo ño elapso termino curã finietis cũ abstersiuo q ex farina ordei z terebẽtina ac melle rosato ꝓficit. Et si fuerit cauernosũ aut barbosũ (vt plerũq; accidit) istud abstersiuũ vobis vtẽdu dam. ℞. mellis ros. colati. ℥. i. ℈. terebẽ. clare. ℥. ij. succi apij. ℥. ß. bulliãt vsq; ad succi ꝓsũptionẽ: deiñ cũ tepidũ erit addantur farine ordei. q. ſ. bene ola misceanꝫ tantisper dum vobis vsui esse videbunꝫ. Et qm̃ multoties solet accidere q ibi mala caro oriat: dicendũ est quo modo illa remoueat. Ego aũt semper in remouẽda carne sup flua aut semiputrida vsus sum est egyptiaci: altera ño aposto lox. Si vero locꝰ fuisset multe sensibilitatis vtebar puluere sine dolore carnis putride remotiuo mei magri Joãnis de vigo ianuẽsis Julij scõi marimi pñtificis medici. Quẽ colo veneror dicerẽ z adoro: ni me religio detineret. Nã solũ ipm hac nra tẽpestate iudico amãdũ venerãdũ z colẽdũ esse. Cũ Rome ipse olb9 de vita desperãtibꝰ maximo ꝓsidio subsidio q; fuet. Cuiꝰ opꝰ quod de Chyrurgia cõposuit Rome impzmitur: appellaturq; Copiosa i Chyrurgia nomen quidem rei cõsimile. Quod vt omnes hãc artẽ exercere cupiẽtes habeãt honor atq; animo. Qm̃ opꝰ illud perfectum est: z fere nihil in chyrurgia dicit quin ipe nõ tetigerit. Ad qõ sepe me trãsfero cum consilio z auxilio egeã in egrotis curandis vbi ꝓsentanea et salutifera chyrurgie subsidia inuenio quibꝰ z honorem z vtilitatẽ mihi paro. Desuper aũt vnguẽtũ quo meꝰ magister frequenter vtebatur applicabitis. Cuius talis est descriptio. ℞. olei rosati camo. añ. ℥. iij. pinguedinis castrati. ℥. iiij. pinguedinis vituli. ℥. iij. medulle crurium vacce. ℥. ij. litargirũ aurei z argẽti añ. ℥. i. ß. ceruse. ℥. ß. minij. ℥. iij. terebẽtine clare. ℥. iiij. cere noue. ℥. ij. ola ſiãt misceanꝫ scõm artem et bulliãt lẽto igne i ꝓcipio ðiñ igne fortificãdo ſp cũ spatumi ne pertractet donec colorẽ acq̃rat nigerrimũ. Sicq; habebitis vngñm plage superponẽdũ ceroti ſi mile. Nunc aũt quod pene trãsilierã pusillanimitas Micropsici qui apud nos habitat me i ipso tempore admo-

abstersiuũ.

Aliud cõmune.

Superflue carnis remotiuum.

Laus Joannis de Vigo.

vnguẽtum.

Digitized by Google

it. Qui cū ab apostemate ve
menter cruciaretur mortem
ius ese passurū predicabāt
flebothomo apostema illud
aperiretur ego aūt importuni-
tatē hominis perpēdens hoc
potentiali cauterio flegmonē
supposui quod hoc ordine cō
posueram. Accepi vnī ciati li
xiuij saponis qō prī a colato
rio emanat appellaturq; mat-
er qō nēpe feruēdū i cacciola
enea posui cū dragmante vno
vitrioli romani q̄ simul iuncta
ad ignē cōposui vt ebullirēt do
nec q̄quid ibi lixiuij esset fer-
uendo deficcaret & spumā que
ibidē remāserat collegi & colle
cram vtēdam seruo. Que tante
operationis est q̄ quasi subito
operari videatur. Signū autē
perfecte operationis est qñ lo
cus remanet denigratus quo
equidē vsus sum i Micropsici
pertinacia. Sed ante q̄ applic-
arē peciolam vnā cōfeci qua
tegerē apostema ne cauterium
alterā partē quā vellē pfozasset
Quā hercle peciam illinini vn
guēto tenaci & in medio illius
tm fozaminis reliqui quāto me
p illius apertiōe indigere co-
gnoui. In quo cauteriū ꝓposui
ac deiñ altera peciola eodē vn
guēto tenaci (ne cauteriū deci
deret) iōm coopui & sic coopti
p dimidiū hore aut plº minus
ve eo stetit. Deinde reuersus
ad Micropsicū Cauteriū amo
ui: et escaraz q̄ nullo pacto fer
ro extirpādam arbitramur: bu-
tiro vel hoc empto cooperien
dā amicui. R. foliozū malua;
et violarū aā. M. s. coquant et
pistent cui addant pinguedi-
nis porcine. ℥ij. butiri. ℥. j. ſ.
fermēti. ℥iij. croci. ℈. ſ. q̄ bene
ola in mortario misceant & fiat
emplm qō tepidū loco appli-
cet. Istud esse est escare remo-
tiuū & doloris mitigatiuū. Cū
ergo escara fuerit remota cure
vlcus cura & ordine quē modo
vobis supra descripsimus. Huc
vsq; de apostemate quo vacuo
corpoꝛ obtinauerit locuti sum⁹.
Nunc autem qm hac trāsit cui
mandata mei magistri referaz
me aliquātulum morabimini.
Nā cū ab illo dissolut⁹ ero ad
vos quā primum me cōferam.
Ut de aptate q̄ plenum corpus
aggressuz sit sermonē per vos
inceptū nostrū persequamur.
Cosmus. i. felix & quā breui po
teris illū expedias ad nos re
uers⁹ ne ea incūditate carea
mus qua mō nros animos re-
focillari sentim⁹. Mar. & si hoc
adulandi gratia dictū sit ꝑsto
tñ hic ad vos ero. Nam vobis
mozs oino hodie gerend⁹ est.

¶ Marianus.

SImuero ille hō no
bis hodie frugi fuit
cū me vno solo ꝥbo
expediuit. Clemēs.
Uerū est mediusfi-
dius nam te longi⁹ abūsse exi
stimam⁹: & nec tam cito reuer-
furuz cēsebam⁹. Mar. Sed ne
tps frustra cōteram⁹ dissutam
orationē refarciemus Cosm⁹.
Id quoq; nos volum⁹. Mari.
Si ho corp⁹ repletū fueneris
apostema multo longius insu
dabitis q̄ mō feciſtis qñ illud
erit a materia antecedēti. ꝓco
cuius curatione vos tuor in-
tētiones añ oculos habere de-
cebit. Quarū pria erit regimi-
nis vite ordinatio cum humo-
rum ad equatione. Scōa mate
riei peccātis minoratio. Tertia

Digitized by Google

remotio ꝓiucte. Quarta accidē
tiū coreptio ꝛ certa emēdatio.
Que quidē ꝓma antētio ser re
rū nō naturaliū administratiōe
tenetur. Scz acris cibi ꝛ potus
somni ꝛ vigiliaꝝ ꝛ q̄etis inani
tionis ꝛ repletiōis ꝛ aie accidē
tiū. Que oīa temone maximaq̄
diligentia pro materiei fluctua
tiōe tenēda ꝛ gubernāda sunt.
Ut cū opus fuerit velificatione
mutata portu ꝫ tāto opere desi
deramus facillime potiamur.
Scōa oppositē minuendo ven
trē ꝫ soluēdovt ꝓ illius oportu
nitate habebiť. Tertiā pcutiē
dovel mollificādo adipiscenur
ēm egritudinis exigentiā. vic
vero maxime afaduertēdū est
ne (ꝛñ ꝫ minuať soluaturq̄ cor
pus repletū existēs) localia ap
plicenť. Ne forte id q̄ cū de ca
sibus repercussionē respuētib⁹
agebamus: diximus mario cū
dedecore operātis eueniat quo
merito criminaremur. Si vero
delatores a tanto facinore abe
rūt ne credite excelsum ꝛ glo
riosum. Deū q̄ indicat celos q̄
arguūt ꝛ elemēta q̄ seniūt oīno
abesse. Et si non aliud. superest
tū in posterū cruciatus gehēne
vt Dinus Web. inquit. Idcirco
arecto non declinemus ne vbi
eternā requiē inuenire concupi
scimus perpetuo penā luamus
Precedēti igiť vēris solutiōe
domestice repellemus repercus
sino ex oleo rosa. bolo armeno
ꝛ sandalis oībus ꝓfecto cū albu
mine ꝛ vitello ouī vel isto. ℞. fo
lioꝝ maluarum ꝛ viola. aā. M.
ij. abſinthij rosa. rub. aā. M. ß. fa
rine ordei. ℥. j. olei camo. ℥. iij.
farine lentium. ℥. j. ß. coquenda
coquātur ꝛ colata pistenť: dein
de oīa simul misceantur et ad

Reper cussiū

ignem scōm artem fiat empla
strum molle. Illud autez meus
Auic. composuit in quo aparis
resolutionem inuenī cum mem
bri confortatione. Qđ facillime
ab ingredientibus percipitur.
Si quis attente ipsa consideraverit. Que si parum sufficere vi
sa sunt nullo teneamini impedi
mento quin ad mollitiua ꝓpa
dicta vos ipsos conferatis. Uel
si materia ad viscositatē aptior
magis erit subsequentia eligi
te. Si cū antedictis nihil ꝓsue
ritis. ℞. foliorꝝ maluarum ꝛ vio
larum aā. M. j. radicum lilioꝝ
albozum. ℥. ij. radicum altee. ℥.
iij. bulliant oīa simul deinde pi
stentur ꝛ cribellentur cui cribia
ture addanť butiri. ℥. ij. pingue
dinis porcine. ℥. j. ß. ꝛ fiat em
plastrum in mortario lapideo
vel. ℞. radicum lilioꝝ albozꝝ. ℥.
radicum altee. ℥. ij. foliorꝝ mal
narum ꝛ viola. aā. M. ß. bulliāt
ꝛ oīa pistata simul cribellentur
cui cribiature addatur pingue
dinis ꝗalline. ℥. ij. butiri. ℥. j.
arūgie porcine. ℥. ij. fermēti. ℥.
j. ß. farine ordei. ℥. iij. croci. ℈.
j. cum eadem decoctiōe fiat em
plastrū in bona forma quo post
ea vtamini. Cum ergo ad id fa
stigij peruentum erit vt vos ar
ma capescere abhoꝛret. Ilico
vos flobothomo accingatis vt
cum ad conflictū volueritis in
trepidi cōsistatis vestraſq̄ ope
rationes audacter agatis. Naz
ego complures afaduerti Frā
cisce vosq̄ dilecti fratres cū sa
lutem infirmis prestare voluis
sent timiditate quadam silice
scere nulloq̄ modo apostema
ta percutere potuisse. Ex quo
dedecus sibi maximum para
uere. Ut ergo illud idem ef

Watu ratinū.

Aliud.

Digitized by Google

fugiatis vos accincti manicas flobothomo aiose apa pfozabi tis. Quoz apertione celebrata ozdinē superius narratū indige rendo z abstergēdo obseruabi tis. Uerū i loco cicatrizādo vti mini isto medicamine q eximi nij. ℥. j. z olei ro. mirti. añ. ℥. j. ℈. conficit. Istud nāq multū in si gillādo vz semp tñ loco ptius irrorato decoctiōe ex aqua plā taginis rosata ac alumine; roche parūq mellis ros. colati cō posita. Qua vsus sum z assidue vtit meus magister in vlceribꝰ cicatrizandis. Quarta vero in tētio erit accidētiū que plerū q apatibꝰ incūbūt certa emenda tio. Nā si illis dintꝰ patiēs ve zaret virtus eius pternere. Qō vobis maxime ipedimēto esset: ne qō incepistis feliciter perficiatis. Sunt ista duo quip pe accidētia in apate valde ve rēda doloris scz extensio z loci denigratio. Quam enimuerovt plurimū curatoris defectu enē nire cōperi cupiētis materiam fluxā exhalandā repcutere que nēpe fortibus repercussiuis in loco cōculcat vt supra dictū est cū de illis q repercussionē abo minant tractabāt. Idcirco vos qui hāc artē exercitaturi eritis fraterno amore ac deoz numi ne adhortoz ne tm sceleris pa trare possitis vt repcussiua qui bus vsuri eritis in loco dolenti ad fermētationē potꝰ q mate riei inacerbationē seu incruda tionē declinēt. Nā pro materia defluxa porozꝫ dilatatione indi gemas. Qō facile quis habere poterit si nra repcussiua superꝰ formata frequētauerit. Si vero istud accidēs siue p incuriā cu ratoris siue p materiā cōtusam exilierit hec infrascripta impla strabitis quibus in hmōi casi bus vtebar. ℞. fabaz excoziata. Exhas rum li. ij. foliozꝫ maluaz. ℥. ij. lactuū bulliāt simul in lixiuio vsq ad z mem perfectā decoctionē deinde pi bzi cō stenk z incozporenk farine semi fortan nis lini. ℥. iij. farine lupinoz. ℥. uum. ij. z cū sapa fiat emplꝰm. Istud em pozos aperiēs materiā ex halādo mēbzū pfozat. Si autē emplastro applicato pziaz scēa die magis magisq obfuscabit erit necessariū ad vlteriora trās ire locū clarificādo z incidēdo scōm morbi postulatū z loci to lerantiā. Nam ista sunt accidēz tia que nō ita facile tractank si cut docenk; sed maxima medici diligētia reprimuntur z curank. Et ideo qui ad hanc erūt facul tatē enolaturi debeāt ptius cuz optimo exercitatoq magistro nidificare z illiꝰ facta bene in spicere z dicta memoriter z sub tiliter pensi cular. Ut cū e nido exilierint valeāt firmato alarū remigio secure aera percutere z nauigare z nō modo huc mo do illuc circūuolitare z iter sco pulos illidere veluti pyzatarū fuga parati solent indocti pela gi naute facere. Facta deniq scarificatione subito locus irro retur lotione ex lixinio et sale confecta. Irrozato igit loco su peradditis istud ex mente gui donis. ℞. farine faborum fari ne ozobi. añ. ℥. vj. farine lupino rum. ℥. iij. q cū oximelle deco quank donec emplastri formaz acquirant z loco postea tepide applicantur. Uel decoquatis fa bis cozio exutis in lixinio bar bitonsozis cum lupinis quibus simul in mortario tritis locus amiciatur. At si cum ista admi-

Digitized by Google

nistraueritis et carnem malam vel corruptam videritis ne consulatis amicus quin egyptiaco locum visitetis facta tñ descriptione Auicē. que est hmōi. R. florū eius alumini rochē mellis aceti boni aā. partes equales que omnia simul tantisper coquantur dum rubeum acquirāt colorem. Quo postea locum sena egritudine exacerbatum vestro iudicio defedabitis biduo aut triduo semper tamē iterando donec escharam pduxerit et separationem facere inceperit. Que omnino ferro extirpanda nō est. Sed vno illorum mollitiorum eradicanda atq; dissoluenda butiro aut pingue dine porcina vt supra dcm fuit. Que cum ceciderit vlcus qō remanserit sicut alia vlcera curandum erit. Quoq; annuente deo plenā vobis dabimus notitiā.

Tinctū egyptiacū

autoritas.

Tenetis ergo curam putrefactionis quā venire maxime prohibere debetis. ȝlā semel perenti nulla deinde suffragia prosunt. Ceterum deinceps deueniendum esse machinamur ad apostematis indurationem si prius de sedantibus dolorem pauca diximus cum vnum sit de maxime naturam prosternentibus vt aristoteles olim doctissimus et acutissimus protulit scz dolorē et pudorē humanam dissolucre naturā. Consequenter huic etiam opitulari necessariū vr cū tota nostra intentio sit humanitatem pserua re. Sed vos latere non dz doloris sedationem esse male cōplexionis alterationem: dsimodo non sit ex materierum incarceratiōe (de qua loquimur) vel cōtinuitatis solutione aut comestione. Ista nāq; alia atq; alia ex poscerent subsidia. Dolores em scōm quem incumbunt locū aut continuitatis solutionē aut subitas alterationes ostendunt vt supra dictū est ex galeni opiniōe tertio tegni recitata. Cūq; hoc sit ex vestro ingenio alterantia vos adinueneritis. Pro materierum incarnatione non multa prelibabimus ne forte pre nimia inebriatiōe ingeniū sopiret. Sed tñ que magr meus Joannes et cōpater in casu colerico administrabat vobis referam: ne q; prius dicere instituerā me deseruisse videar. Quare si quis vestrū dolorem mitigare inhianerit. Ȝlnd in principio resistendū ordinare pfectum oportebit. R. succi Lactuce olei rosa. Aluminā. ā. ℥. ij. albumina et vitella duorum ouorum que simul oia conquassentur deinde loco doloroso applicentur. Postero vero die istud erit loco superaddendum vnde primum fuerit deiectum. R. medulle panis decocte in lacte caprino aut ouino vel i brodio pulli aut capitis castrati qō satius esset. ℥. vj. deinde exprimatur aliquantulum cui addantur olei rosa. olei camomil. ā. ℥. j. vitella trium ouorū. Que oia adinuicem conquassata misceantur et iterum decoquantur lento igne donec aliquātulum stipentur. Quod cum fuerit decoctum vos ipsum tepidum administrabitis. Si vero his annotatis dolor ipse non refrenabitur: istud vos successisse tenebitis. Nam aliquando vehemētia doloris facit nos indigere medicinis mollificantibus absque attractione et forsasse erit cum eis infrigidatio non

Dolor inhianerit

Digitized by Google

phibēs mollificationem vt ait Aui. loquens de flegmone. Et ppterea si ista saperent maturationē ne admiramini cuz ab
Aliud ipso principe doceamur. R. malarū violarū añ. Ʒ.j. q̄ decocte pistentur cui addite farine or dei. Ʒ.ij. olei rosati. q. ſ. z iterū bul. parūp donec emplastrum fiat sup locū ponēdū q̄d si nō
Aliud ptenti eritis istud aliud annotabitis. R. farine fenugreci semints lini flor camomille pinguedinis galline liq̄facte olei rosati añ. Ʒ.ij. misceātur simul z bulliant cum decoctione malarū z violaz̄ pter oleum et pinguedinē donec impastent deinde oleū z pinguedo calefacta bene incorporent adden do parum olei camomillini et anetini et fiat emplm. Nā istō aperiet pozos et maternei ꝑcutere dolorē carminabit. In augmēto vo egritudinis istud cō formabitis. R. olei rosati camomillini. añ. Ʒ.ſ.ß. vitella duoz̄ ouoz̄ farine ordei. Ʒ.ß. aut parū plus q̄ bene spatula agitata cū vobis necesse fuerit in loco dolorozo collocabitis. Hec pro dolore sedādo satz̄ arbitror sufficere nā ex istis vro marte ad firmi vtilitatē z vestrā volūtatē explēdam ꝑsimilia formare excogitabitis. Ab eis q̄dē absolut⁹ redeo nūc ad aꝑatis indurationē quā hercle intactaz̄ ob facilitatē reliq̄ssent. Uez̄ ne sermo noster mācus appareat q̄d⁹ hmōi casib⁹ vsus sum recitabo. Licet ista intētio varia aꝑatis ingenia lintescenti habeat q̄ ꝑsumunt scōm illa exigētia. Qñ (vt inq̄t Mesue capto ō lassitudine et debilitate corporis post purgationē intē tionē nostrā ꝓtimus ad cām et abscindim⁹ eā qm̄ hec est recti mollitudo cure z thesaur⁹ opatiōis. catiui Iccirco si qñ apparuerit vt locus idureſceret añ q̄ firmet vt facili⁹ lētescerent isto medicamine curat. R. caricaz̄ piguiū. nu. x. radicū althee minutatim incise. Ʒ.vj. decoquant sūt vsq̄ quo radices bñ fuerint decocte postea ablate pistent i mortario marmoreo cū axungie porcine. Ʒ.ij. ſ. croci. Ʒ. ß. q̄ facto locus lintescēd⁹ cooperiat et habebitis q̄ aucupamini intētionē. Si vo a vris retib⁹ ꝑdā euolauerit vestrasz̄ manꝰ ludificata fuerit ne alias idē ꝓpetrare valeat isto scdo eā irretabitis. R. terebētinam butiro admixtā z incorporatā que me diusſidi⁹ resolut z mollificat: sed añ q̄ applicet loc⁹ sepius aq̄ tepida irrorādus est q̄ q̄dē est ꝑua ad maturādū dispositio. Cū aūt ad suppurationē iā deuenerit cauterio aperiat potentiali aut falcastro aut q̄uis alio mō z ingenio dūmō recte bñz̄ tractet. Fcā deniq̄ aptiōe curet vt supra vobis recitauimus. Hec sūt q̄ a me vobis hodie dicēda esse credidi. Que si nō ita ornate dcā sūt sicuti vos forsitā expectabitz̄ mee simplicitati indulgeatis. Nā ego vtvobis esse ꝑtū arbitror oratorie loquacitati nūq̄ operā ipēdi. Cūq̄ ē simpler sim simplici sm̄one q̄ a me tractata sūt ꝓtractaui. Que si vobis cordi extiterit cras eodē mō ac ordie q̄ ō vnerib⁹a nob⁹ ōlibāda erūt recitabim⁹. Uez̄ si q̄d i b̄ sermōe ōliqrī z mēdo dignū fuerit emēdatote. z si q̄d tū honorz̄ assurrexerit illō velut i ꝓnci

Aliud Nota

Digitized by Google

pio nfe sermocinatiõis diriñ deo marinio ac virgini Marie o ferratis vt illud virgilianũ no bis vendicem⁹. Ad ioue prici pium nam sunt ionis oia plena cuius nomẽ sit benedictuz. Innocẽs. Statz ornate splẽdidecz hodie. Mariane te gessistiz po cula digna maiore siti cñ nostra poteriti Qõ nemini mirũ eẽ debet cũ sis vndicz humanitate charitateve circũfusus. Quẽ deus pio tãto a te in nos mune re conecto secũ det tuaczopera erga egrotos semp exercẽda. feliciter z patrie tuiscz parentib⁹ cõseruet qñ nfam de te estimationẽ cõdignis medicaminib⁹ extinxisti. Verum te modo admonemus vt cras huc ad nos euoles quãto grãdius grãdire gradus possis cũ egrotos iam curaueris. Ut qõ promisisti nobis sine vsura ac dispẽdio persoluas. Nũc vero qm̃ hora ipsa vt infirmos visites te admonet memor nostrum felici bonoz si dere habeas. quãdoquidem et nos crastini huc reuersuri bene discedamus. Mar. ite felices meczq vestrũ esse non dubitate.

Finit tractat⁹ de apatibus.

¶ Incipit tract. de vulneribus. ¶ Benardinus.

Verumqz accidere solet suauissime Mariane vt si qd boni vel mali imineat mortalib⁹ diuinus illud hercle animus presagiat. Quod quidem nobis ptingit dum verebamur ne quid temporis fructus conteretur diem expectando misseri perdidimus. Quod tua nobis causa factum est ex quo vt ingenue fatemur tibi multum debachabamur. Quoniam quod nos antecapere oportebat illud nempe postpo fuimus. Quod ni summa cum diligentia restituas tibi dicam ascribemus. Mar. agitcet lubet quando quidem totus ego videtur sum omnes vos saluere iubens. Cosmus cohe salue atqz iterum salue quãdo sine ambagib⁹ exordiere. Mar. eq̃ iubẽs vt dicitis faciã definitionẽ omittẽs. Quãz multi qdẽ authores q̃ eũ ꝺ aliq̃ re dicturi essẽt ab illi⁹ diffinitiõe icipiẽdu nõ ab re fore iudicauere. hi qdẽ hac vt opinor sñia tenebant. Qõ si qd difficile cognitu eẽt de q̃ meminissent nũcz pcipere tur nisi a diffinitiõe exordiũ habuissent. Qõ merito fieri oportebat si qõ mõ dictũ ẽ iterfutisse Nã id sp facere dñt vt cũ aliq̃d nodi iterloquẽdũ acciderẽt ab ipsa definitiõe extricaretur. Qõ i meis dictis reor nõ posse euenire. Nã de vulneribus dictur⁹ sum q̃ omnibus manifesta sũt. Cum humano generi a natura insitum vt ea q̃ nocitura essent sedule cautecz declinaret. Cũcz res hoc mõ se habeat dixi omnibus esse cõpertũ. Qõ si aliter fore animaduerterẽ cõmodius ab ipsa diffinitiõe nostrũ inirẽ sermonẽ. Nam quid facili⁹ eẽt dicendum quam q̃ vulnus sit continui solutio ex tempore facta z in mollib⁹ aut duris partib⁹ sine putrefactiõe cõsistẽs. Idcirco qm̃ nullam indẽ posse oriri vtilitatem curatiuam videbatur silentio pretereũdum esse autumani. Sed si qs vestrũ definitiõis pcupidus existeret

illa que mō dicta est in loco vti poterit. Nec sibi psuadeat a me aliam describēdā esse. Nam eo magnitudinis artis medice p cessurus sum que nobis practicantibus vtilitatē z amicitiam parare debeat. Et q̄ oportune fabricare valeam a prima diuisione me disserere iudicio oportere. Clemēs: bene indicas ſz nos ide te exordiri cupim⁹ ex quo nobis continua oratio prezerek. Mar. hoc idez precordia mea circūuolebat. Julius: eia ergo te ad ppositū conuertas nulla interiecta sermonis interruptiōe. Nisi quando forte fuerit animum sumendi necessitas.

¶ Marianus.

DUplicia q̄dē vulnera esse cū in lucerarū ludis versaremur mi Juli volūs ceteri ffes accipim⁹. Que in er se nomine ita differūt sicut vnius cura ab alterius curatione differt. Quorum alterum est simplex alterum vero cōpositum. Simplex enimuero vulnus est illud in quo non est substātie deperditio z vna tantum intentiōe curandi curatur z cō solidatur. De qua nullā ob facilitatem faciemus mentionem cum a muliere ab hac nr̄a tempestate hmōi vulnera medicentur. Illud autem q̄ cōpōsitum nūcupatur est in quo fit deperditio substātie ac plures intentiones curatiuas sibi maxime vendicat. Sicut est diuisum cōtinui ꝓsolidare z q̄ ab eo de p ditū est instaurare z q̄d apostematis intumuit curare. Quorū quedā necessario mortalia esse dicimus: quedaz sanabilia. Dicemus ergo q̄ letalia esse nominum⁹ z a corde tanq̄ ab arce totiꝰ corporis nos incipere nō absonū a rōne existit. Dicimus igit oia vulnera substantiā cordis offendentia esse mortifera. Nāvr Auicēna refert cor nō patit (vita durāte) ptinui solutionē. Et ꝓpterea vt vno ore oia intercludā q̄ ad vitam necessarie virtuti ipediméti obūciūt hominē ad acherōtē sine vlatico emigrare hinc cogunt. Sicuti vulnera substātie cerebri adhe rētia trachee arterie meri pulmonis epatis chilifellis diaphragmatis stomachi splenis intestinoꝝ graciliū renū z vesice. Et fere oia intrinseca piculosa sunt q̄m ab extrinseco aere ipa alteranť z spiritꝰ offendunť ac etiā ꝑtꝰ q̄ humanaz naturā solet fulcire destruet. Et rō ātisto rū mortē fouētiū ē q̄ cū sanciā tur difficillime ob ptinuū, motū cicatrizāť. Cūq̄ ꝫ illis dent geť sua offica vite necessaria p ficere nequeūt. Restat de niq̄ vt de illis q̄ musculis accidūt aliq̄d ōlibem⁹. Cū nō sint mēbris extimāda quā p̄dcā in q̄bꝰ manifestā claraq̄ ꝓsistit motis significatio in his ꝫo digna prophetis z homibꝰ deoꝝ numie limphatꝫ pnosticatio. Nā sepe id solēt cōmētari q̄ rabidꝰ anguis in herbis latitans vt plm erranti hoi facit. Aut est transeuntes momordit. Aut coloez palloze concussit. Idcirco mi fa cundissime. Bernadine volūs mei dilectissimi de illis paulum ratiocinemur. Ne nos sic non opinantes ducāt falso gaudio et inde inter oscitantes opprimant.

Excogitemus

Cogitem⁹ ergo vulnera que a tribus digitis supra vel infra secundu⁹ iunc̃uras musculoꝝ capiti ac lacertoꝝ occurrunt esse valde periculosa. Neruoꝝ quoq; punctura propter coꝝ sensum ꝛ cõmunitatẽ q̃z cũ cerebro habent spasmi solere eẽ gñatiuam. Vñ illud diuini hyppocratis certificat. In vulnere spasm⁹ supueniens vt plurimum mortale. Que quidẽ vulnera in istis locis nõ oino pt̃enẽda sunt. Nã ꝛ medico dedec⁹ parare solẽt nisi caute astãtib⁹ de hmõi ipse p̃nosticeꝝ. Qõ mihi iã contigisset cũ vitã p̃mitterẽ vni vulnerato per tres digitos a genu sursum. Nisi me admonuisset magister me⁹ Joãnes de Vigo Januẽsis cui quãtũ debeã non valeo extimare. Nã si p illi⁹ commodo vitã meã (qua mortalib⁹ nihil cari⁹) ẽ dislapidarẽ nullã suoꝝ erga me meritoꝝ partem attigerẽ. Q̃m si singula q̃ i me ab ipso p̃fecta sunt cõmemorare vellẽ pr⁹. Titã suos anhelãtes equos a curru diuũgeret q̃z ego finẽ illi⁹ imponerẽ. Redeo vñ q̃si erã delapsus. Cũ vitã illi sp̃oderẽ his me ꝟbꝫ secrete clãq; domesticis interpellauit virtute p̃sentiẽte nullove i vulnere apate emergẽte egrotoq; q̃e scẽte ac si nihil perpessus esset. Perp̃ẽde rõneq; discurre vtiq; semp facis mi Mariane hec signa q̃ i hmõi vulneribus spasmum inducunt. Cum hic mihi tumoris eminear malũ hercle nuncium affero quod ex lõga experientia nactus sum. Nam materia que ad doloris locum fluere deberet i neruis ibidẽ: vñ spasmuꝫ affore video. Qõ si nõ mꝛta mã (nã idẽ mꝛta facit) defluriſſet ad locũ mihi bone spei de firmo nunciũ afferret. Jd q̃dẽ significaret mãz neruos relinquere ꝛ fozas adp̃etare. Et q̃n illõ vsq; int⁹ sopiꝝ malũ de ipõ fere p̃cipio. qõ q̃dẽ (mirabile dictũ) fuit. Nã spasmo añ q̃ntuꝫ die exiliẽte egrot⁹ e medio ad superos sine pẽnis aduolauit. Vñ q̃si ego stupid⁹ memorie illa signa tradidi et adhuc tradita ꝟuo. qõ ꝛ vtvos faciatis moneo: ꝛ si q̃ nota fũt renotavt cũ illis eẽt op⁹ tãq; e p̃optuario eadẽ exp̃omere videamini. Ex q̃vos ipos appello ne nimꝫ p̃cipites in p̃nosticãdo q̃z cauti ac maturi eẽ debeatis. Cetera ꝟo cũ ab his discesserit ꝫ vulnerib⁹ q̃ lethea p̃dirimus sanabilia esse nõ dubitatis. P̃to q̃z curõne adipiscẽda duo capitales modi reperiũt. Quoꝝ alter fit via p̃me intẽtionis. Alter ꝟo scõe intẽtiõis via. Mod⁹ h̃ tũc fit q̃n dissolutũ cum modico etrogeneo p̃iungit vt ossa q̃ cum pozo sarcoidevn unt. Jlle vero q̃n partes separate suo homogeneo vniunt. Quos semp añ oculos habere debem⁹ ne ea in vulnerib⁹ administ̃rem⁹ quoꝝ postea sit penitẽdũ. Qõ (vt effugiam⁹) indicio esse incipiẽdum p̃to eoꝝ cura ab his quibus in vnoquoq; vulnere vtamur.

Cum p̃mũ aim ad curãda vlnera appuleritꝫ: hec vobꝫ stati subiciant i vulneris curõne vtenda. Scz regiminis vite ordinatio: vulneris localiũ administratio eiusdem q; accidentiũ emendatio. Quo

Digitized by Google

rum primum obtinebitis sex re
rum non naturaliū exhibitiōe
se vergentiū secundum infirmi
cōplexionem aut accidentiū re
q̄sitionē. Qō si quis ignoraue-
rit phisici illud ei regulabunt.
Cum tantū illorum sit viuendi
modum precipere z hūores ex
cresentes adequare intimasq̄
fluctuationum causas indaga-
re z veras proprias q̄ illarū cor
reptiōes exhibere. Que pleraq̄
omnia pauci attingunt. Nō qō
abdita et obstrusa sit in silicib⁹
omnino medicaminuz natura.
Sed quia parū cū philosophie
adepti fuerint absq̄ vlla medi
cine exercitatione z experiētia
(que quidem artem facit velu-
ti Aristoteles recitat expoli in
tentione procmio methaphisi
cali) inhiāt infirmos ptracta-
re illorūq̄ corpa auidis dētib⁹
dilacerare. nulla aīe adhibita
cōsciētia. Taceo illā tirūculoz
cohortem qui modo militū insi
gnia susceperūt tanq̄ rude do
nati vrbē ambiunt z peragrant
ac si tota illorum cōsumpta sit
etas in experimentis z in natu
ris simpliciū cognoscēdis. Ah
quanto prestantius mi Berna-
dine sanctiusq̄ illis existeret si
te tanq̄ preceptorē oimq̄ disci
plinarū datorez imitarent. Cū
hac nostra tempestate qui tecū
literis moribus z oib⁹ disciplī
narum generibus sit cōferēd⁹
habeam neminē et adhuc feru
le manū submittere (quod ma-
ximū ē signū virtutis z sciētie)
nō dedignaris. pertrāseo alia
q̄ in te sunt ne mea tuarū virtu
tum commemoratio alijs qui
te nō nonerint plena adulatio-
nis videatur. Et ideo me ipsuz
colligō atq̄ eo vnde oratio de-
fluxerit reuoluā. In secūdo ve-
ro localium regimine andaba
tarum more nō esse procedēdū.
Sed argum vobis sociū adhi-
bendum vehementer pluadere
debeatis. Nā si aliquid in vul-
nere curando allucinati fueritz
vel a nobis negligentia preter
missum maxime ac plures na-
scerent errores quēadmodum
philosophantibus Aristoteles
in primo phisicorum demōstra
uit: sez eyno inconuenienti da
to plura sequuntur. Iccirco nc
id accidat acri oculoz intuitu
perspicaciscq̄ ingeniū consilio
videndum ac consulendum ar-
bitror. Ex quo ergo cum coram
vulnerato homine astabitis q̄-
dam modo vulnus collocatum
quale z quantum sit prius a vo
bis examinandum est. Nam si
fuerit paruum z carnosum abs
q̄ substantie deperditione so-
lo nectendi vinculo curaretur.
At si magnum et profundum
fuerit in hoc primo coluctami-
ne vt, sanguis emorragiam
(si ibi affuerit) aliquo medica-
mine vel ingenio coerceatis.
Que describam annuente deo
in. c. de fluxu sanguinis cū vlce
ribus meminero. Ad qō poteri
tis adnolare cū ipso indigneri
tis Nā ibi remedia dicemus q̄
huic congrue accōmodabunt.
Quo facto vniende sunt partes
disgregate: et hoc satura cum fi
lo subtili et bn pollicibus pre-
sto ac etiaz per ceram deducto
facile pficitur. Sed anteq̄ quo
modo suenda sint vulnera dica
mus casus qui ipsam futuram
formident breuius quo pote-
rimus recitabimus. Deinde
ad inceptum propositum reuer
temur.

Digitized by Google

profunda vulnera

MEmineritis aĩ oĩa mi Bernardine vosq; dilectissimi vulnera ex tereti telo vł aliqua sagitta pfunde facta in primis diebꝰ nõ esta tenẽda, se via pme intentiõis curãda lz via pme curenť intẽtiõis. Pro nõ curãť via prime intẽtiõis qz ipa apta tenemꝰ ne mã ibi incarcereť. Que si ibidez inspiceť ꝑ cõitatẽ quã cum cozdis vel neruis possent hre dolorẽ maximũ incurrerent. Et iõ in pmis diebꝰ nõ esse claudẽda pferimꝰ. Istud vidi eñ ipsemet oculis accidere cuidaz pugillo in collo vulnerato. Cũ q̃dã medicus bononiẽsis vulneris aperiẽdi cõsolidationẽ voluisset accelerare vulnꝰ apriõe regẽduz ꝙglutinauit ex q̃ i extẽsissimũ dolorẽ z ĝsi spasmũ egrotꝰ ille incidit cui nisi magr meꝰ citiꝰ subuenisset ob nimiuz dolorez ad acherõta nũciũ tullisset. Eo dẽ nũc reuoluor. Lz curenť via pme itẽtiõis sic ẽ illõ itelligẽdũ q̃nihildepditũ i eis gñať. ꝙ si gñareť eẽt scõe itẽti. curasecũdo vulnꝰ cni aliq̃ sui pticꝫ decrit a sutura oĩno sit alienũ. Nã aľ bñ curari nõ posset nisi via scõe itẽtiõis. Que ñ secꝰ suuz depditũ ac si mł vnicũ amissũ gñatũ anrioſe q̃ritat. Qõ si istaurare volumꝰ vł nꝰ ꝓiꝰ suere nõ ỏbemꝰ. Tertio si vł nꝰ fuit pfũdũz ab aere satz alteratũ fuere ne cogitetis. Nã ex aerea alteratiõe occulte sanies ẽ gñata q̃ digõnẽ cũ abstersiõe maxime ꝓclamat. Qõ si ab illo vobꝫ noto hebreo fuisset factũ vir ille bonꝰ mozuꝰ nõ fuisset. Qui cũ vł nꝰ satzsplã i sura accepisset multũq; aeri exposuisset vt ipe recte curaťť hebreũ accersitũ misit. Qui cũ egrotũ ꝑcipisset nulla interiecta ꝙsideratõe vulnꝰ init ꝓpere. Quo deniq; fctõdolores illico minurre cerũt: tertio ẽ die absciomenat ẽ i septio q̃dẽ ꝓcrit virus si bide note vẽdicauit. Qõ si hebreꝰ ille ꝓiꝰ digessisset cũ absersiõe deciũ in sucẽdo occupatꝰ esset fortasse illõ minime excreuisset. Quarto si vulnꝰ ex cõtusiõe fuerit futurã facere ne attẽtetis. Nã frustra vos laborasse iãtã ipi ꝓsentietis. Cuz galen nos ipsos admoneat dicẽs necesse ẽ ꝓtusũ putrefieriz i saniẽ puertiz adde vltia ꝓtusiõe naz in pua locũ nõ tz ĝ futura ipa cozrũpeť. Qõ q̃dez vidimus ꝓtigere cuidam iuueni romano nole Paulo blũdo q̃ cũ ad taurũ iterficiẽdũ ꝓspectaz. cucurrisset nescio q̃ nã facto ductus taurũ cecidit a cuiꝰ cornub⁹ cora illius nobilis lacerata fuit. Ad quã curãdã cũ q̃dã ẽpicꝰ chirurgꝰ ꝓperauisset statim cõtusuz vulnꝰ ꝓsuit quod morꝑ ruit. Et ni magister meus supertias tulisset forsan q̃ mõvitã degit nature cõcessisset. Quito vulnꝰ dicimꝰ vulneri ab alicuius aia ex metis mozsu edito futurã minime su aia ꝙuenire. Qm̃ locꝰ ille mozſ fa lis nõ etꝰ ẽ ꝓcau⁹ vel cauernosus vł sa ẽ suepit semi ꝓtusi vulneris natura. dum. Sz iste casus sucẽdus operãtis iudicio relinquiť cũ ptes separate ex mozsu possint etiã siloꝓtigi. Sexto cũ vulnꝰ osdetexerit ipmq; fractũ vel ab almocatidi scoopertũ manifestauerit nũq; cũ futura pacisciť ni ꝓiꝰ os detectũ amiciaťz fractũ integreť. Septimo vulnꝰ quod loco musculoso ex trãsuerso acciderit sutura oĩno respuit. vt Auicenna

Digitized by Google

refert in capitulo de qualitate ligandi vulnera vbi ait de musculis et lacertis dicēs. aut fuerit lacert⁹ q̄ sit disrupt⁹ i latitudine q̄m tūc nō aggregak. Imo ponat in medio liciniū timēdo ne incarneť cutis ⁊ remaneat lacert⁹ nō icarnat⁹ ⁊c. Quare ipz solutum tantisper vagari cupit dū sibi cura scōe itētiōis tribuatur. Et hoc idē vulnera neruosa affectare videnť. Nā si sueren labia eoꝝ cōsolidarenť ⁊ nerui subtus reumatizarēt. Dō nēpe reuma ibi incluūm apa gnaret vñ seqreť vel dissuere. vel nouā incisionē facere. Ergo ne hoc patremus vulnera huiusmodi soluta aliquātulū spaciari sinam⁹ vt ea facili⁹ postea ptractem⁹. Licet hinc insurgat illa tediosa disceptatio. Nūqd neru⁹ multilatus suēdus sit cum hinc inde varie sint autoritates atq; opiniones. Qua de re quidē pro vtraq; parte si disputarur⁹ eēz hāc tuēdi facultatē vtraq; opiniōes subsistentarēt. sz nunc magistro meo Joāni de Vigo ianuēsi assentias. Nō q̄ in illo⁹ ꝟba iurauerim sz q̄ ipsius sermo magis rōni cōgruere videbať sequendo opinionem diui sup illud Auicēne. Si aūt disrūpať in latitudine tūc necessariū ē suere ipz vulnus ⁊ si nō suit nō cōglutinať vulnus. Tū a me dimitteť cū nō sit ꝑsentis speculatiōis. sz q̄so animaduertite ꝟba Auicēne cū ꝑcipiat sui ipz vulnus necessario. Ego aūt dissolutū eē patiar. Intellerit ō vulnere amplo a quo maxima mēbri deplasmatio seqreť si solutū relinqreť ⁊ si suit magnū si a pūcto ad pūctū iterualli. Ego ꝟo de non amplo vulnere itelligo q̄ dē praxis etiā vos docebit. Plura etiam dolorosa ⁊ apostemosa futurā ipam nō admittūt q̄ facilitatis cā et manifeste apparentie nunc a me non pericli bunť ac etiā eoꝝ rōnes cōsiderāti aperiunť. hec omnino videbantur memorie esse tradenda in quibus futura nō vtimur eo nūc fratres reuertat vnde hinc ego diuerterim.

Cum ergo illa q̄ sutura renuūt ⁊ nō posse recitauim⁹ curam ipaz pferuerem⁹. Cō torto itaq; filo ⁊ p ce rā deductovt supra dixim⁹ suite vuln⁹. Semp tñ aduertēdo vt i pte declinioni exiturā siniei relinquatis. quod cum feceritis hoc medicamen ei super imponendum est quod constat ex albumine oui parumq; olei rosati. Et hoc fit ne multum patiēs affligantur cuz vulneris mede lama a vulnere remouere que dicitur lachiara. Nā plerunq; tantum dolozis eo maxime i locis villosis generare solet vt patiens quasi spasmari videatur. Et hoc tantum in vulnere consistat donec vigesima quarta hora defluxerit si sanguinis fluxuz timueritis. Quo elapso termino infirmum reuiserit is ridibundi ac inter fabulandum locum ipsum detegatis ab omni detectione quam post ea digestiuo silectis ꝑposito illiniatis quod conficitur ex ouorum vitellis et terebentina clara. Uel loco ipsius cum vulnus fuerit in capite vel multe sensibiliatis oleo rosato cum quo tū din erit in cura procedēdum q̄nouisq; sanies generata fuerit. Cunq; sanies generata erit

Mod⁹ sue di

Digitized by Google

tunc olno digestiua phibeant. Esset em si vlteri⁹ eo transieri tis addere putrefactionē putre-
Defēsiuz. Mūdi ficatiū. factioni. Uerūtn vulneris circ-cuit⁹ humectādus erit oleo ro sato omphancino tepido. Facta vulnerz visitatiōe istud defensiuū a plaga p vni⁹ palmi spaciū semotū distēdatis. ℞. olei rosati. ℥. ij. ℈. sandalozū omniuz añ. ℥. ij. boli armeni. ℥. ij. ℈. albumē vnius ouī aceti pa℥ si vuln⁹ fuerit a locz neruosis remotū sinaūt neruosuz fuerit loco aceti ponaf vinum granatorum. Que ola fiāt i mortario ducaf dū vobis vtē davidebunt.

